

A.



ARII THORGILSIS Filii,

cognomentô FRODA,

id est

Multiſcii vel Polyhiſtoris,

in Islandia qvôndam Presbyteri,

Primi in Septentrione Hiſtorici,

SCHEDAE,

ſeu

Libellus de Is-landia,


Islendinga-Bok dictus;

E veteri Islandica, vel, ſi mavis, Danica antiqvâ, Septentrionalibus olim communi Lingvâ, in Latinam verſus ac præter neceſſarios Indices, qvorum unus eſt Lexici inſtar, brevibus notîs & Chronologiâ, præmiſſâ qvoq; Auctoris vitâ illuſtratus

ab

ANDREA BUSSÆO.





HAVNIÆ;

Ex Calcographéo B. Joachimi Schmidtgen, Ao. 1733.

Erasmus Roterod:
Gloria Majorum posteris lumen.

Imprimatur.
L. HOLBERG.

Illuſtrisſimo, Excellentisſimo
& Generoſisſimo
HEROI ac DOMINO,
DNO LUDOVICO
ROBERTO HIPPO-
LYTO de BREHAN,
COMITI de PLELO,
REGIS CHRISTIANISSIMI
AD SERENISSIMUM
DANIÆ ET NORVEGIÆ REGEM
Legato Extraordinario

Cuncta perpetim fauſta!



Ignoſcat EXCELLENTIA TUA, ac facilis patiatur precor, qvòd ad Magnificos TUOS Lares adrepat decrepitus dudum, at ferè ſeptingentis annîs celebratiſſimus, etiam Regibus progenitus ARIUS POLYHISTOR, priſcæ, qvâ loqvitur, lingvæ, à Celtica illa, ſeu antiqvis-

qvisſima Gallica oriundæ, me qvidem interprete comitatus, utinam ſatis idoneo! Hujus tam liberi acceſſûs veniam eò faciliùs ſibi promittit Noſter, qvò permittit EXCELLENTIA TUA lubentiùs dátq; bonis ac eruditis omnibus TUI adeundi copiam; cujus ſingularis humanitatis me qvoq;, etſi nullô meritô meô participem factum gratô pectore reponam, neç unqvam ex eo obliterari ſinam. Cúmq; EXCELLENTIA TUA in Septentrionales & præſertim Danicas Hiſtorias Antiqvitatésque ſit propenſisſima, adeò qvidem, ut inter arduas muneris curas in amœnioribus Muſarum pratis cùm refici volueris, ipſe

plu-

plurima talium rerum collegeris, immò propriâ annotaveris manu, qvæ qvidem ex insigni & nativa TUA comitate licuit mihi, non sine admiratione, coràm inspicere; qvin non leve mihi calcar addideris hanc adornandi Latinam ARII Versionem: adeò scilicet Musis TE deditum devinctúmq; sciunt omnes, qvi inusitatâ TUA & obviâ humanitate fruuntur, ut etiam iis bonâ fide qvotidie lites, prout aliàs qvoq; in omnibus Tuis actionibus ab avita & hæreditaria laude nè transversum ungvem velis desciscere, ideóq; secundum Gentilitii TUI Scuti epigraphen semper & ubique FIDE BREHA-

NICA, id est sincerâ & infallibili, non Punicâ, agas.

Macte hâc virtute, EXCELLENTISSIME HEROS, atq; ut Politicum ita & Eruditum Orbem TIBI devinctum habe, apud seros etiam posteros olim ob merita TUA marmoreîs extollendus laudibûs, colendúsq;. Qvanqvàm verò ex plurimis, qvæ in TUA EXCELLENTIA meritò admiramur, vel paucissima attigerim, etiam laudes TUAS parcissimè; nihilominus impetum meum tam generosa EXCELLENTIÆ TUÆ modestiâ, qvàm ingenuâ meâ verecundiâ nè refrenes vereor, proindéq; non dicta relinqvo aliis dicenda, qvibus uberior

am-

ampliórque eſt dicendi copia, & qvorum in verbis auctoritas major. Vale ter MAXIME HEROS! Ne vivam, ſi illuſtrium paſſim & celebrium TUARUM Virtutum unqvam fuero immemor.

Illuſtrisſimi,
Excellentisſimi
&
Generoſisſimi
HEROIS

addictisſimus & humillimus cliens,

ANDREAS BUSSÆUS.



AD LECTOREM.

ARIUM POLYHISTOREM hìc ſiſtimus, veterem & exqviſitum Scriptorem, immo omnium in toto Septentrionali Orbe, vetuſtisſimum Hiſtoricum, *cujus ſcripta*, judice Torfæo, *in primis ſuſpicienda & cynoſuræ loco habenda.* Latinè ipsum fecimus loqvi, cùm vernacula illa Islandica, qvâ ſcripſit lingva, hodie pluribus, præſertim Exteris, ſit minùs nota, nec facilis intellectu. Islandicæ tamen Lingvæ idioma Latinæ proprietate exprimere conati ſumus; unô alteroque locô ſecundum legem Horatianam relictô, qvem, ſi ad verbum daretur, ut obſcurum deſperavimus tractatum niteſcere, aut certè ſatis aptè reddi poſſe. Cúmq; Arius pasſim (binis tantùm exceptîs locîs) res notabiles vel clarorum virorum tempus mortis non annô, ut nunc fieri ſolet, ſed aliâ aliqvâ re memorabili Regúmque ſynchronismîs periphraſticè notaverit, evidentiori

eum instruximus Chronologiâ, puta appositis ad oras paginarum annis; Notulis qvoque Historicis, ubi maximè opus esset: non tamen ut iisdem oneraretur Noster, sed ut ornaretur ac illustraretur magis. Indices adjecimus, unum Personarum & Rerum in Textu Notisque occurrentium; alteram Vocum & Phrasium antiqvarum; plerarumque minùs obviarum: adeò ut posterior ille sit Lexici instar & ferè Supplementi binorum Islandicorum, qvos impressos habemus, Lexicorum, *Magni Olavii* scilicet à *Wormio*, & *Gudmundi Andreæ* à *Resenio* editorum. Nec silentio involuendum duximus, Notas illas tachygraphicas in Islandica editione occurrentes, qvas vulgò Abbreviationes vocant, plerasque Ario proprias & peculiares, hîc, nè lectioni remoram facerent, plenâ scripturâ nos exhibuisse. Verùm ultimam in serie characterum Islandicorum literam *The* vel *Thod*, aliàs *Thorn* appellatam, quâ difficillimæ pronunciationis literâ soli Islandi hodie gaudent, ob typi illius in calcographéis defectum partim cum *th* commutavimus, qvem ferè sonum in vocis initio habet; partim & in medio, per *d* expresfimus, id qvidem duriusculè, molliùs tamen in fine pronunciandum. Nec auctoritate suâ destituitur hæc per

th vel

th vel etiam *d* facta commutatio: qvamvis enim in pluribus vocibus huic ipsis olim usitatæ literæ *Thod* vel *Thorn* dictæ, dudum renunciaverint Dani, Norvegi, Sveci, etiam Angli & Saxones; in nonnullis tamen hodiéq; ejus locô *th* aut *d* tolerant retinéntq;. Qvin idem ante nos fecit in utriúsq; Eddæ editione, indefessus suô tempore Antiqvitatum patriarum promus condus, B. *Petrus Resenius* nostras.

Aliàs ab antiqva Arii orthographia ne hilum decessimus, unde passim se produnt antiqvata illa: *bordusc* pro *bordust*, *fundusc* pro *fundust*, *gerdisc* pro *gerdist*, *qvoduscb* pro *qvodust*, *eyddisc* pro *eyddist*; *syndac* contractè pro *synda ec*, vel *eg*: *vas* pro *var*, *vesa* pro *vera*: *caipti* pro *keypti*, *bovom* pro *böfum*, *nacqvart* pro *nockurt*, *qvomo* pro *komu*, *scylldo* pro *skylldu*, & si qvæ sunt aliæ Literarum permutationes, ipsi solennes, ut *c* pro *k*, sæpiùs in vocis initio, & *c* pro *t* in præteritorum terminationibus, *o* pro *u* &c. Tribus qvoque locis usus est Arius vocibus merè Latinis, qvarum loco Islandicas substituimus, puta Cap. 7. princ. *Olafur Konungr* pro *Olafr Rex*: sic Cap. 9. *Haralldur Konungr*, pro *Haralldr Rex*: C. 10. *deydi* Paschalis, pro *obiit* Paschalis: qvin unum alterúmq; locum in impresso Exemplari Islandico vitiosum emendavimus, qvarum variationum rationes in notis & adjecto Lexico sunt allatæ. Porrò in nominibus propriis virorum locorúmque

 nati-

nativam Danici idiomatis ſcriptionem potiùs retinendam duximus, qvàm ut ad normam Græcorum Latinorúmque inflectendô vernaculæ lingvæ genius & genuina notatio inverteretur, immo planè perderetur: in terminationibus caſuum tamen Latinæ lingvæ analogiam obſervavimus, ut *Ketillis*, genit. à *Ketill*; *Trygguins* à *Tryggvi*, unde patronymicum *Trygguinus* pro *Trygguii filius*. Cognominibus, qvorum nativas terminationes immutare noluimus, ſignificationes qvoq; appoſuimus parentheſibus incluſas, e. g. *Fretur* (i.e. *bombus*,) *Refur* (i.e. *vulpes*,) &c. cùm probê ſciamus, talia ſine interprete haud intelligi exteris; qvin imò nec noſtratium qvamplurimis priscæ lingvæ ignaris.

Qvòd ſi Antiqvitatum & Hiſtoriarum Borealium curioſis fecerimus ſatis, pergratum nobis erit; ſin minùs, aberrationibus, qvæ fortè me inſciô irrepſere, ne benevolus Lector ſuccenſeat, rogamus, proni ad emendandum, modò absque bile ac livore fuerimus moniti, & ſolidis convicti rationibus. Qvid qvòd *omnibus bonis in rebus*, ut loqvitur Apulejus, *conatus in laude eſt*, *effectus in caſu.* Nec ad effectum obtinendum animus mihi, ſed facultas defuit. Vale Lector candide, & ſi placet, fruere libello, cùm jam is tuus ſit.

Vita

VITA ARII POLYHISTORIS
ſuccinctiùs deſcripta.

Natus eſt Arius in Islandia, non, ut *Snorrius Sturlæus* in præfatione in Chronicon Norvegicum vult colligere, *proximâ hyeme poſt cædem Haraldi Sigurdi filii*; verùm bienniô pòſt, id eſt Ao. 1068. Hac ratione incidit nativitas Noſtri in vigeſimum annum ab intenſiſſimè frigida hyeme, ſcatente adeò gelu ac pruinis, ut feræ inter Norvegiam & Daniam per glaciem transcurrerint, id qvod accidit An. Chr. 1048. ut ex deperditis *Sæmundi* Presbyteri & Polyhiſtoris Diariis fidem faciunt *Annales Island: Gislii Oddi fil.* Epiſcopi qvondam Scalaholtenſis, à *Petro Reſenio in Præfat. ad Gudm: Andr. Lexicon Island*: citati; at ſub *Gislai Olai* nomine perperam. Floruit itaq; Arius circiter 240 annos à tempore inhabitatæ primùm Norvegis Islandiæ, qvod An. 874. factum; propior verò introductæ in eandem inſulam Chriſtianæ Religionis periodo, qvæ in Anno Chr. 1000. ponitur, ut ipſe Arius Cap. 9. hujus libelli indicat, ajens ſe duodecennem fuiſſe eô, qvô Isleifus Epiſcopus deceſſerat annô, ſcil: à nativitate Chriſti 1080. qvem Isleifo fuiſſe emortualem omnes Annales Islandici teſtantur, atq;

ita Noster integrô ferè seculô famigeratisſimum Daniæ Historicum, *Saxonem Grammaticum*, antevertit.

Majores habuit non minùs genere qvàm meritîs inclytos: Pater ipsi fuit Thorgils, id qvod etiam in Genealogia Ynglingorum memorat Noster: inde *ARI THORGILSSUN*, h. e. Arius Thorgilsis filius, in *Landnama part.* 2. *cap.* 14 & *part.* 5. *cap.* 15. nominatur. Patruos habuit Thorkelem & Brandum, qvorum cap. 1. ut & in Genealogia Ynglingorum meminit. Erant verò omnes, tam pater qvàm patrui, viri inter Islandiæ primores conspicui, nec infimæ dignationis. Avo paterno (ut ipse cap. 9. & in Ynglingorum Genealogia testatur) gavisus est Gellere Thorkelis filio, celeberrimo in Islandia viro. Nec minùs generis nobilitate propriisq; virtutibus clara fuit Mater ejus, Joreida, aut avia Gudrida, Thorsteini ex filio Hallo neptis; utræq; Sturlæo & Oddo Monacho laudatæ. Genus suum ipse Arius ad calcem hujus libelli, in Ynglingorum & Breidfiordensium genealogia, per triginta sex generationes ad vetustisſimos Sveciæ Reges, & qvidem eorum Progenitorem Yngvium, Turcarum, ut ipse ait, Regem, Odini filium, continuâ serie pertexuit. (*)

Mortuo Gellere Thorkelis filiô, apud qvem Noster fuerat innutritus, An. 1075. septem annos natus ad virum, laicum qvidem, verùm eâ tempestate sapientiâ & prudentiâ famigeratisſimum, eúmq; inter principes patriæ suæ opibûs & indole primarium, Hallum de Sida, Thorarini filium in

(*) Idem honor Nobilisſimo rerum Danicarum Historico *Arnoldo Hvitfeldio* contigit, qvem maternum genus è Regia familia ducere Olaus Wormius tradit Epist. CCCXXXII. ad Spelmannum.

in Islandiæ nobili prædio Haukadalo degentem, venit; bonis artibus ibidem in contubernio Teiti, Isleifi Episcopi filii, operam navaturus. Subſtitit ibi XIV. annis usque ad Halli obitum, qvi contigit annô æræ Chriſtianæ 1090. ætatis Halli nonageſimo qvartô, Arii verò 22; id qvod cùm ipſe Arius in hoc Scripto, tum Sturlæus in Chronico Norv. poſteros edocuêre. Erat autem Hallus de Sida pronepos Hrollaugi, orientalis Islandiæ tractûs incolæ, fratris Rolfi Pedeſtris ſeu Roberti, primi Normannorum in Gallia Ducis, ſtirpis Serenisſimorum, qvi hodieq; regnant, M. Britanniæ Regum. Eidem Hallo ſangvine conjuncti erant, præter Arium noſtrum & Sæmundum, celebratisſimos in patria viros, qvatuor Islandiæ Epiſcopi, ínque his unus ſanctorum albo inſcriptus; duo qvoque Orcadenſes Comites, Magnus & Ragnvaldus Kalius, uterq; in Divorum numerum relati, ut ex vetuſtis Orcadenſium Comitum genealogiis conſtat.

Exinde ut maturitatem in ſtudiis acceleraret Noſter, comitatus populari & conſangvineô ſuo, Sæmundo Sigfuſii filio (qvi undecim annis ipſi præſtabat, ac poſtea ob eruditionem & prudentiam cognomentum *FRODE*, perinde ac Arius, eſt ſortitus) in Germaniam conceſſit, atq; Coloniæ ad Rhenum, ubi illuſtre tum temporis erat Gymnaſium, trienniô commoratus, tantum in bonis literis profectum fecit, ut ſpem Magiſtri longè ſuperaret; nec poſſet Noſter, niſi ægrè ab ipſo divelli, qvippe qvi omnes intendit nervos, ut ambos hos juvenes, qvorum ingenioſa in literis Coloniæ promovendis opera uti deſiderabat, penes ſe permanere exoraret; verùm illi, ut fieri aſſolet, natalis ſoli dul-

dulcedine capti arte ſpem Magiſtri eluſerê, indeq; ſolum vertentes, Saxoniâ, Daniâ atq; Norvegiâ perluſtratîs, domum redierunt.

Arium noſtrum cum aliis in Islandia præcellentibus viris, tempore Gizori, ſecundi Islandiæ Epiſcopi, in Presbyterum fuiſſe conſecratum, ex *Kriſtendoms Saga*, ſeu Hiſtoria de Religionis Chriſtianæ origine per Islandiam inſtitutæ, *cap. 13.* liqvet; unde & *Preſtr*, ſive *Presbyter* popularibus paſſim in Hiſtoriis eſt cognominatus.

Uxorem eum duxiſſe conſtat, cujus tamen nomen æqvè ac familia hodíe ignoratur, tacentibus de ea re Hiſtoricîs. Ex hoc conjugio filius ei fuit *Arius Robuſtus* appellatus, ut ex *Laxdæla-Saga* diſcimus.

Libros Hiſtoricos haud paucos vernaculô ſeu veteri Norvegico idiomate ab eo compoſitos Hiſtorici conterranei laudant; inprimis *Sturlæus*, tradens *Arium Polyhiſtorem Presbyterum primum omnium in hac Regione* (Islandia) *Hiſtorias antiqvas & novas lingvâ Norvegicâ conſcripſiſſe.* Singularem qvoq; mentionem facit Hiſtoriæ ejus, vitas Regum Norvegiæ complectentis, de qvo opere ita ſcribit: *Vitas, ut ipſe de ſe ait, conſcripſit Regum Norvegiæ ſecundum relationes Oddi Koli filii, Halli de Sida Nepotis, prout didicerat Oddus ex Thorgeiro Afradskollo, viro ſapiente, tantæque ſenectutis, ut Nidaroſi habitaret, cùm Comes Hacon Potens occideretur.* De hoc Arii opere Hiſtorico ita in Epiſtola ad Stephanium *M. Bryniolfus Svenonius*, Scalaholtenſis qvondam Epiſcopus doctisſimus: *Ubi verò*, inqvit, *ingens volumen Hiſtoriarum ab Odino ad ſua tempora contextum ab Ario Polyhiſtore dicto?* Compilavit idem variîs locîs Chronici

nici ſui Norvegici *Sturlæus*, ſæpiusculè Arium Auctorem citans: In partes etiam vocat aliqvoties Arii opus Hiſtoricum *Oddus Monachus* Thingeirenſis, non ſine encomio. Nec illaudatum eum reliqvêre celebres alii in Islandia Hiſtorici, de qva re, ſi operæ eſſet, teſtes poſſent produci è præcipuis Islandorum documentis *Eyrbyggia Saga*, ſeu *Eyrbyggiorum* vel *Eyrenſium*, primorum Occidentalis Islandiæ tractûs incolarum, Hiſtoria; *Laxdæla Saga*, id eſt *Laxdalenſium Hiſtoria*, & Codex Flateyenſis membranaceus, Regiæ Bibliothecæ illatus, in *vita S. Olafi.* Qvin, qvòd *Saxo Grammaticus* Danus, famoſisſimus ille Daniæ Hiſtoricus, eiq; inter Norvegos æqvalis & ferè ſolus ſuæ gentis Hiſtoriæ conditor, *Theodoricus Monachus*, (ſcripſit autem uterq; Latinè) Thylenſium ſeu Islandorum veterum in conſcribendis Hiſtoriis induſtriam impenſè laudandô, Noſtrum, ut vetuſtisſimum & primum in reliqvis numeraverint intellexerintque, haud facilè qvis ierit inficias. Verùm egregias has ejus lucubrationes præter pauca, qvæ apud alios Hiſtoricos vetuſtos occurrunt, fragmenta, injuriâ temporum planè periiſſe perpetuò indolendum.

Cùm ergo nihil ejus hodie præter *Schedas*, qvas jam edimus, ſuperſit, ſcriptas illas ſtylo perqvàm eleganti, nec hodie facilè imitabili: tantò magis hunc antiqvisſimæ notæ libellum, has venerandæ antiqvitatis reliqvias prenſare oportet & diligere, qvippe qvô vetuſtius in toto Septentrione non extat hiſtoricum opus. Hîc qvoq; notandum, primum harum Schedarum exemplar, qvod cenſuræ Epiſcoporum Islandiæ, Thorlaki Scalaholtenſis & Ketillis Holenſis, ut & Sæmundi, Presbyteri Oddenſis commiſit, ante annum Chriſti 1122. non exhibitum fuiſſe, cùm eô annô Ketill in Epiſcopum fuerit conſecratus: alterum verò,

C qvod

qvod (prout nunc habetur libellus) ex illorum ſententia recognovit, emendavit & adauxit exemplar, Noſtrum proximô poſt obitum Sæmundi annô, i. e. æræ Chriſtianæ 1134. concinnaſſe, vel inde liqvet,, qvòd ultimi, qvem memorat, Nomophylacis, Gudmundi, duodecimus officii annus eôdem terminatur.

Sunt qvidem qvi adducti initiô Prologi, huic libello ab auctore præfixi *Landnamam* ſeu *Originum Islandicarum librum* ipſi velint tribuere, vel ſaltem partem illius; verùm hæc res ulterioris eſt indaginis, atq; ut nimis incerta ſuo relinqvitur loco. Evincit ſanè ipſius Landnamæ Caput 15. partis 5. plures hujus operis fuiſſe auctores, nec tamen inde probari poteſt, de primis Islandiæ incolis qvidqvam ſcripſiſſe Arium præter has ipſas Schedas, ſecundîs ejus curîs recognitas, ut ipſe in Prologo docet. Immo ex Arii ſcriptis varia qvidem eſſe in Landnamam traducta, non verò ipſum fuiſſe ejusdem Scripti vel alicujus partis auctorem facilè dabit, qvi curatiùs perpenderit locum Landnamæ part. 2. Cap. 14. collatum cum hujus opuſculi capite ſeptimo, diſſenſúmque ibi apertum obſervaverit. Hallucinantur qvoq; qvi Ario noſtro adſcribunt *Kriſtendoms Saga*, ſeu *Hiſtoriam de Origine inſtitutæ per Islandiam Chriſtianæ Religionis*; qvos inter eſt *Cl. Sibbern in Bibliotheca Hiſtorica Dano-Norvegica* cap. 1. §. 8. Dicit qvidem ejusdem Hiſtoriæ auctor, qvisqvis ille fuerit, cap. 12. plerasque ibi deſcriptas narrationes Arium congesſiſſe: Verùm hoc ita capiendum, pleraq; ſcilicet ab hisce Arii Schedis fuiſſe mutuata ac in iſta Hiſtoria utramque facere paginam. Neq; aliter hoc intelligi poſſe documento eſt, qvòd Arius integrô ſeculô, & qvod ſuperat, illius ſcripti auctorem præverterit, qvi capite 3. meminit Botolfi, Epiſcopi Holenſis,

ut

ut dudum defuncti. Is verò obiit An. 1246. adeò ut *auctor ille Historiæ Christianismi* longè infra hunc Seculi 13. annum jure sit deprimendus.

Præter Historias *Calendarium* qvoq; à Nostro esse conscriptum *P. Resenius in Præfationibus suis* cùm ad *Völuspaa* sive *Eddam Sæmundi* An. 1683. editam, tum ad *Gudmundi Andreæ Lexicon Islandicum* tradit, qvâ verò fide, haud liqvet. Si verò ita res se habeat, nullus dubito, qvin usitatam Septentrionalibus populis in Calendariis suis Hieroglyphicam scribendi rationem mutaverit, de qva *Olaus Magnus* Lib: 1. Cap. 21. *Nonnulli*, inqvit, *pro privatis computis, instar Ægyptiorum variis animalium figuris pro literis utebantur*. Tale Calendarium dubio procul exhibet cornu illud aureum in Regio Muséo asservatum. Certè introduxisse Arium novas in Islandiam literarum formas ex *Auctore Opusculi Hattarlykil*, sive *de Arte Poëtica* constat, cujus verba sunt seqventia Latinè versa: *Primas literarum formas vobis ostendam, exaratas ad similitudinem Alphabeti Linguæ Danicæ è sedecim literis conflati, prout eas disposuerunt Thoroddus Runarum Magister & Arius Presbyter Multiscius ad similitudinem Alphabeti Latinorum à Magistro Prisciano ordinati.* Atq; iterum: *Ut eò faciliùs scribi*, inqvit, *& legi possint, qvod & in hac regione nunc in usu est, leges antiqvæ, genealogiæ, sacri commentarii, aut erudita illa opera, quæ Arius, Thorgilsi filius, ex insigni sapientia literis mandavit, notis Islandicis alphabetum etiam exaravi.* Unde colligere licet, Arium vel Grammaticam qvandam conscripsisse, vel saltem literas, vulgò Alphabetum dictas, in usum communem & commodiorem melioribus consignâsse figuris, atq; ita primam Grammaticæ partem, Etymologiam scilicet, concinniorem reddidisse. Qvicqvid de his fuerit, id cer-

tum eſt, in avtographo ipſius, qvod adhuc Anno 1651. in Islandia erat ſuperſtes, ſecundum qvod An. 1688. ſuum imprimi fecit apographum *Theodorus Thorlacius*, Scalaholtenſis Diœceſis qvondam Epiſcopus meritisſimus, ſingulares animadverti literas, etiam tachygraphicas notas, qvas aliter *Siglas*, vulgò *Abbreviaturas* vocant, pleraſque in eadem Thorlacii editione retentas ac explicatas; cùm ſæpiùs una litera verbum faciat; qvali ſcripturâ, licèt aliis literis conſignatâ uſi ſunt Romani veteres; ut *Tullius Tiro*, Ciceronis libertus, & *L. Annæus Seneca*, qvorum characteres cum explicatione publicavit *Janus Gruterus*; ut *Valerii Probi* Grammatici vetuſtisſimi de notis Romanorum interpretandis librum taceam ab *Henr. Ernſtio* editum. Utrùm verò novi ab Ario introducti characteres in ſcriptione compendii qvid præſtiterint (qvod facilè dari oportet) & Runicis literis ductu difficilioribus minúſque expeditis ſucceſſerint, prioribûs tamen non prorſus antiqvatîs; cujúsve generis fuerit illud Alphabetum, qvod ſuprà laudatus auctor memorat, indagent alii, emunctiores qvi habent nares. Sanè ſcripſiſſe eum de *Literatura Runica librum* Islandicò Idiomate, dudum deperditum, docet in *præfat. ad Eddam P. Reſenius* auctoritate Arngrimi Jonæ nixus.

Lingvam autem, qvâ ſcripſit Arius, vernaculam fuiſſe, Norvegicam ſcilicet antiqvam, Snorrius Sturlæus expresſis verbis ait; Islandicam eam nunc temporis appellamus, qvanqvàm ipſis Islandis hodie non adeò intellectu facilem, niſi operam illi aſſeqvendæ haud proletariam navaverint, qvi veterum ſcriptis legendis tempus velint inſumere; Lingva enim Islandica moderna à priſca puritate ob externa commercia, qvibus olim ipſorum regio carebat, ſenſim deflexit, qvamplurimis jam ſcatens peregrinis

vocibus, veteri illâ haud parùm inde depravatâ, adeò qvidem, ut raræ ſint voces, qvas indies latiùs ſerpens hæc labes non infecerit. Diutiùs tamen ſtetit illi lingvæ ſua vetuſtatis gloria aliis Nationibus dudum prærepta, qvibus prior & freqventior fuit commerciorum uſus. Sciendum etiam, hoc, qvô Arius ſcripſit, idioma multîs Seculîs toti Septentrioni, puta Daniæ, Norvegiæ & Seciæ, etiam Germaniæ, nec non Angliæ, â Danis & Norvegis eorúmque propagine, Normannis, olim inſeſſæ, Scotiæ qvoque & Irlandiæ fuiſſe proprium & commune, atq; generaliori notione à Septentrionali hac plaga, (qvæ reſpectu ad regna orientem & meridiem ſpectantia ita audit,) *Norræna*, hoc eſt, *Septentrionale*; aliàs propter Danicæ gentis auctoritatem & gloriam, per excellentiam *Danicum* appellatum. Inde Chronici Norvegici ſcriptor in præfatione ait ſe illorum Principum Septentrionalium vitas traditurum, qvi *Danicâ lingvâ* (*i Danſkri tungu*) ſunt locuti, cùm tamen res geſtas Norvegorum tantùm Regum deſcripſerit. Sic Olaſus Tryggvinus omnium *Lingvæ Danicæ* Principum ſuô tempore glorioſisſimus ſalutatur, licèt natione Norvegus. Immo in Septentrionalium Regum non minùs qvàm aliis vicinorum Principum aulis, Danicam Lingvam familiarem fuiſſe & in deliciis, ut Romæ olim *Græca*, vel hodie in omnibus penè Europæ aulis *Gallica*, aut apud Turcas, Perſas, Tartaros & Indos *Arabica*, literaria veterum monumenta abunde teſtantur, ut res, cùm in confeſſo ſit, Auctorum non egeat laudatione. Hinc qvoque Normanniæ Dux, Gvilhelmus, filius Rolfi Pedeſtris, Norvegi, qvi primus Normanniæ (anteà Neuſtriæ) in Gallia Ducatum acqviſivit, filium Richardum I. ſibi ſucceſſurum lingvâ Danicâ jusſit inſtitui; qvippe qvæ univerſo Septentrioni erat

 com-

communis, utut dialectis variata. Bene *Rodericus Toletanus*, Hispanus, qvi ante qvingentos annos scripsit: *Teutonia*, inqvit, *Dania*, *Norvegia*, *Svecia*, *Flandria & Anglia*, *unicam habent lingvam*, *licèt Idiomatibûs dignoscantur*. Qvin Angliam lingva Norvegica usque ad Wilhelmi Nothi seu I. tempora usam fuisse disertè memorat *Gunlaugs Ormstunga Saga*. Immo externos vicinósque populos ac Principes Islandicæ qvoque Poëseos, nobis hodie obscurioris, nodorúmque rhytmicorum cognitionem habuisse, variis exemplis posset probari, si res exigeret: unum tamen alterúmque ex historia veteri documentum illustrationis ergo in medium proferre non absonum erit. Constat itaque ex historia Magni Nudipedis, Norvegiæ Regis, eqvitem qvendam Gallum,, nomine Giffardi, in navi, qvâ Angliam petebat, ab Islando qvodam, itineris socio, illusoriô carmine lacessitum, idcirco, simul ac in Angliam appulissent, hunc in jus vocasse, qvi die dictô se sistens ac coram Judice (qvem Historia Principem nominat) carmen recitare jussus aliud vernaculum non minùs irrisorium pro priori substituit, in qvo accusantis laudes & in bello nunqvam commisso fortia facta decantabantur; qvod audiens Judex reum absolvit, qvippe qvi laudes accusatoris illô carmine celebratas judicavit: qvam qvidem sententiam minimè fuisset laturus, nisi exqvisitam lingvæ Danicæ notitiam (qvalem Poësis inprimis efflagitat) tenuisset. Aliud adhuc & qvidem prægnantissimum argumentum suppeditat vita Eigillis Skallagrimi, ubi proditur ille interrogatus ab Angliæ Rege, Adelsteino, qvâ arte manus Eirici Blodöxii, priùs Norvegiæ, postea Northumbriæ Regis, evasisset, cùm in ejus esset potestatem redactus, ob cædem in Regis filium ac propinqvos, aliáque infanda in ipsum Regem patrata, rei

mox

mox ordinem metrô hodieque ſuperſtite, verùm ſatis intricatô expoſuit, fruſtra immo abſurdè vernaculâ lingvâ & qvidem involutis rhythmis id relaturus, niſi hæc Regem calluiſſe probè noviſſet.

Nec vellicet hæc qvisqvam, obducendô arctioribus terminîs compræhenſum fuiſſe Danorum imperium, qvàm ut eorum lingva tam latè propagaretur; cui conſiderandam commendamus amplitudinem Romani olim imperii præ contractis Græcorum finibus ipſi eidem Romano imperio tandem innexis: nihilominus hoc obeſſe non potuit, qvin Græca lingva eſſet omnibus ferè gentibus uſitata & communis, Latina non item; qva de re ipſe eloqventiæ parens, Cicero, in Oratione pro Archia Poëta luculentum exhibet teſtimonium, ubi: *Si qvis*, inqvit, *minorem gloriæ fructum ex Græcis vocibus percipi putat, qvàm ex Latinis, vehementer errat; propterea qvòd Græca lingva in omnibus ferè gentibus, Latina verò ſuis finibus exiguis ſanè continetur.* Poſtea tamen Græca lingva, perinde ac Islandica à priſca illa vernacula adeò deſcivit, ut hodie ab ipſis Græcis vix intelligatur, niſi à magiſtris veteríſque illius lingvæ peritis fuerint edocti, cùm è contrario Latina lingva Græcæ ſuccenturiata ab antiqva poſſesſione non exciderit, verùm omni ferè Europæ, immo toti orbi hodieq; ſit communis, utut nulli ampliùs genti vernacula. Habent itaq; lingvæ, æquè ac imperia, ſua fata, ſuas periodos, ad Regnorum tamen conditionem haud ſemper adſtrictæ. Num verò priſca illa Islandica eadem ſit Lingva, qvam *Aſa-mal* (h. e. Aſarum vel Aſiaticorum lingvam) veteribus appellatam unà cum Runicis literis ac Poëſi Odinus ejúsq; comites Aſæ circa annum ſeptuageſimum ante natum Chriſtum in Septentrionem intuliſſe perhibentur; vel ſit priſcæ lingvæ

gvæ Celticæ progenies, hujus loci non eſt disqvirere. Interim poſterior mihi magis allubeſcit ſententia; qvippe illos ex Aſia advenas idioma gentis, qvam adiêre, tam facilè mutare aut exſcindere potuiſſe, mihi non fit veriſimile; licèt voces nonnullas, ex novâ ab iis introductâ Religione, vel veriùs Superſtitione, veteri lingvæ admixtas fuiſſe; itémque alias Scalldis ſeu Poëtis veteribus freqventatas, ut iîs velut floſculîs poëmata ſua decorarent, an obſcurarent, lubens concedam. Eſt autem *Celtica lingva* illa, qvæ priſcîs temporibus fuit Cimbris, Gothis aliíſque Septentrionalibus populis communis: peculiariter autem Gallis in uſu, anteqvam Romanis ſubjicerentur, & in provinciæ formam Gallia redigeretur. Manſit tamen illa eadem lingva apud Septentrionales diutiùs, ad qvos Romana arma pertingere non licuit, qvibúsve extraneorum commerciorum non eſſet freqvens tum temporis uſus. Sed intra oleas revertamur.

Emortualem ARII noſtri annum tam *Flateyenſes*, qvi in Regia aſſervantur Bibliotheca, qvàm alii *Annales* vetuſti, conſtanti perhibent relatione fuiſſe à Nativitate Chriſti 1148. nonúmq; Decembris Diem; octogeſimo ſcilicet ætatis annô: inde vernaculâ & priſcâ lingvâ *ARE hinn gamle*, id eſt, *Arius antiqvus* ſalutatus qvoque eſt Hiſtoricis. Nomen ergo ac omen habuit, cùm *Are* ſignificet aqvilam, avem ab annorum pluralitate & longævitate commendatam in Edda aliíſque veterum ſcriptis. Latinè verò Noſter num *Arius* vocari debeat, an *Aras*, ut alii volunt, in eo qvisqvis ſuô abundet ſenſu. Nobis prior nomenclatio ob analogiam magis arriſit. Moram penultimæ ſyllabæ in *Arius* qvi productam ſtatuunt, Græcô Arii Hæreſiarchæ nomine ſuam prætexunt opinionem; cujus penultima longa, qvòd

in

in Græco apud Epiphanium aliósque Ecclesiasticæ historiæ conditores est Diphthongus ει, ac scribitur Ἄρειος. Nihilominus hoc non impedit, quò minùs penultimam faciamus brevem, cùm non sit Nostri nomen à Græco, ut hæresiarchæ illius, verùm ab Islandico idiomate, ad quod, quoad quantitatem syllabarum, Latina lingua minimè se componi patitur. Cùm igitur Latinè hoc nomen efferimus, penultimâ correptâ ob vocalem ante vocalem est pronunciandum, ut fit in vocibus merè Latinis omnibus.

Cæterùm annotant Annales, eôdem ferè quo Arius decessit tempore, diem quoque clausisse *Vilmundum* Abbatem Thingeyrensem in Islandia; quo annô, postridie Festi omnium Sanctorum, etiam fulmine tacta & incendiô consumta est villa Hytardalensis, unà cum Episcopo Scalaholtensi *Magno, Thorsteini filio*, tunc temporis ibidem convivante, etiam 70. aliis viris. Erat autem Magnus ille in Episcopum An. 1134. consecratus, proximô scilicet ab obitu antecessoris Thorlaci annô.

De ARIO POLYHISTORE Veterum Scriptorum, qui ejus fuêre populares, Testimonia Latinè translata.

Snorrius Sturlæus in Præfat. Chron. Norv.

Arius Polyhistor, Presbyter, primus omnium in hac regione (Islandia) *Historias antiquas & novas linguâ Norvegicâ conscripsit. Præcipuè verò ab initio libri sui* (Schedas ejus hîc

 intel-

intelligere videtur) *de prima Islandiæ occupatione legibúsque ibi constitutis egit: post hæc de Nomophylacibus, & quantô tempore unusquisque eorum judicis officiô fuerit functus. Et initiô quidem introductæ in Islandiam religionis Christianæ æram investigavit, quam posteà ad sua usque tempora continuavit. Multas etiam alias historias, Regúmque Norvegiæ & Daniæ, ut & Angliæ, vitas adjecit; quin & res majoris momenti in Islandia gestas.*

Idem in Vita S. Olafi:

Hanc regiminis ejus seriem scripsit primus Arius Presbyter, Thorgilsis filius, qui non minùs verax erat, quàm memoriæ felicis, atque adeò annosus, ut eorum meminerit virorum, atque historias ex illis habuerit, qui tam provectâ essent ætate, ut eapropter res illas possent recordari, ceu ipse dixit in libris suis; eósque ferè nominavit, à quibus historias desumsit.

Idem aliô loco:

Non fuit mirum, quòd Arius Presbyter verax fuerit in historiis de rebus, tam hîc quàm extra hanc regionem (scil. Islandiam) *gestis, cùm ipse esset sciendi avidus, sapientiáque & memoriâ pollens, & ea accepisset à grandævis, iisque sapientibus viris.*

Oddus, Monachus Thingeirensis in Præfat. ad Histor. Olafi Tryggvini.

Sæmundus Sapiens & Arius Sapiens, uterque indubitatæ vir fidei, hoc modô dictis consentire videntur.

KRI-

Kriſtendoms Saga, ſeu Hiſtoria introductæ in Islandiam Religionis Chriſtianæ Cap. 13.

Tempore Gizori Epiſcopi plurimi præſtantes viri in Islandia edocti fuerunt, ac in Presbyteros conſecrati, etiamſi Magnates eſſent regionis, uti Hallus Teiti filius in Haukadalo, Sæmundus Sapiens, Magnus Thordi filius in Reykiaholto, Arius Sapiens, &c.

Recentiorum encomia congerere ſupervacaneum duximus, cùm neminem ſciamus Noſtrum unquam vituperâſſe; omnes verò *ut Scriptorem induſtrium & fidei probatæ* ſuſpexiſſe. Libet tamen unum vel alterum locum è *Thomæ Bartholini* (quantum nomen!) noſtratis *Antiquitatibus Danicis* in medium proferre. Ita verò ille: *Hujus*, inquit, *Aræ an ſuperſint plura, neſcio; breve quoddam ſed antiquitatis venerandæ opuſculum de Islandiæ prima inhabitatione ac ſequentibus præcipuis in Islandia & Norvegia actis, quod mihi Snorro quaſi digitô monſtraſſe videtur, conſervo.*

Idem ibidem:

Eas Aræ Schedas hôc ipſô anno (ſcil. 1688.) *curâ amici noſtri, Theodori Thorlacii, meritiſſimi Diœceſis Scalholtinæ in Islandia Epiſcopi, editas gratanter vidimus, - - quibus in gratiam exterorum verſionem Latinam à docta manu adjici optaremus.*

Unicum addam *Thorm. Torfæi* elogium ex Ejus Serie Dynaſtarum & Regum Daniæ Lib. I. Cap. 5. pag. 42.

Ipſe Arius teſtatur ſe ea, quæ de Islandia ſcripſerat, ei

(Sæmundo) *recognoscenda commisisse, adjecisséque ea, quæ tum ipsi, tum etiam duobus Episcopis, Thorlaco & Ketilli, quorum etiam censuram requisiverat, addenda videbantur. Cujus de se ipso suísque scriptis testimonium, omni exceptione majus, facilè persuadet, Sæmundum cum Ario amicè consensisse, & proinde Arii scripta tantorum virorum auctoritate confirmata, nobis inprimis suspicienda esse, & cynosuræ locô habenda.*

Nec ingratum erit *Othonis Sperlingii* tam de Arii nostri, quàm aliis Islandorum Sagis judicium audire, ex *Epistola* ejus *Novis literariis Maris Balthici An.* 1699. *pag.* 366. inserta atque Illustris *G. G. Leibnitzii* sinisteriori de hisce sagis judicio opposita. Ita verò ille: *Distinguendæ veniunt Sagæ, postquàm Christiani illas scriptis comprahenderunt. Primæ enim eâ curâ sunt contextæ à probatissimæ pietatis hominibus, in quibus vix aliquid* ἀκριβείας *historicæ desiderare queas; sunt enim scripta illa examinatissima, ac si ad Polybii limam, quando, qualis esse debeat Historia & historicus, præscribit, exacta essent; qualia sunt (ne me mentiri aut in gratiam Septentrionalium scribere credatis) ARÆ, Sacerdotis Islandici, scripta, Chronicon Norvegicum, vulgò Snorroni Sturlæo adscriptum, Landnama Saga, seu Origines Islandiæ, & multæ aliæ Sagæ, quarum fidem nemo in dubium vocare possit, quòd fabulosa maximè caverint & ejecerint, nucleum ipsum Historiarum promentes.*



SCHE-

SCHEDÆ ARII POLYHISTORIS De Islandia.

SCHEDÆ ARA PRESTS FRODA. (a)

Thetta er Prologus fyri Boc thessi.



Slendinga boc (b) *gorda ec fyrst Byscopom orum, Thorlaki* (c) *oc Katli,* (d) *oc syndac bædi theim oc Sæmundi Presti* (e). *Enn med thvi at theim licadi sva at hava, eda thar vidr auka, tha scrifada ec thessa of et sama far, fyr utan Ættar tolo oc Kununga ævi, oc ioce thvi er mer vard sidan cunnara, oc nu er ger sagt a thessi, enn a theirri. Enn hvatki es missagt es i frædom thessom, tha er scyllt at hava that heldr er sannara reynist.* Halfdan

(*a*) Quamvis Arii autographum, quod investigavit Scalholtinæ diœcesis Episcopus, Celeb. M. ***Bryniolfus Svenonius***, in pergameno exaratum, atque 1651. à Presbytero ***Iona Erlendino*** exscriptum, (secundum quod suam procuravit editionem M. Bryniolfi in Episcopatu Successor, ***M. Theodorus Thorlacius,***) hanc præferat rubricam; nullus tamen dubito, quin à recentiori sit manu, cùm haud creditu facile sit, ipsum Arium sibi elogium ***Froda***, i. e. Sapientis, Multiscii vel Polyhistoris adscripsisse; ut de suspecta valde ***Schedarum*** inscriptione taceam, cùm aliàs ***Islendinga - boc*** seu ***Librum de Islandia*** nominaverit: ne dicam, vetera scripta Islandica ferè cuncta Auctorum nominibus destitui, more scilicet isti

SCHEDAE ARII PRESBYTERI MULTISCII (a).

Hic est Prologus libri.



Libellum Islandorum (seu *de primis Islandiæ inhabitatoribus*) (*b*) primùm conscripsi in gratiam Episcoporum nostrorum, Thorlaki (*c*) & Ketillis (*d*); utriq; ut & Sæmundo Presbytero (*e*) eundem exhibui censendum. Quia verò visum est illis, ut quædam ita manerent, nonnulla augerentur, hanc ejusdem generis scriptionem adornavi, in qua, omissis genealogiis vitisque Regum, ea adjeci, quorum posteà certiorem acquisivi notitiam, quæque in hoc (libello) luculentiùs nunc, quàm in priori illo narrantur. Verùm enim verò, si quid in hisce aberratum sit narrationibus, ipsa dictat æquitas, valiturum illud, quod plus ex vero trahit.

Halfda-

---

isti nationi solitô, & è congenita quadam genti verecundia modestiâque, quâ alienæ laudis profusiores, propriæ verò parciores fuêre.

(*b*) Theod. Thorlacius annotat intelligi hîc *Landnamam*, sive *Originum Islandicarum librum*, qua de re in *Vita Arii* monitum.

(*c*) Episcopi Scalaholtensis tertii, de quo *Noster cap. ult.* Obiit is Anno 1133.

(*d*) Epi-

Halfdan Hvitbeinn Upplenndinga Konungr, sonr Olafs Tretelgio (*) *Svia Konungs, vas fader Aifteins Fretz, faudur Halfdanar ens Millda oc ens Matar illa* (f), *faudur Godrodar Veeidi-Konungs, faudur Halfdanar ens Svarta, faudur Haralls ens Harfagra, es fyrstr vard thesskyns einn Konungr at ollom Norvegi.* (g)

In hoc Codice continentur Capitula.

Fra Islanz byggd, I. Fra Lannams monnom, II. Fra Lagasetning oc Althingis setning, III. Fra Misseris tali, IIII. Fra Fiordunga deilld, V. Fra Grenlannz bygd, VI. Fra thvi er Cristni kom a Island, VII. Fra Byscopom utlendom, VIII. Fra Isleifi Byscopi, IX. Fra Gizori Biscopi, X.

Incipit

(*d*) Episcopi Secundi Holensis, quem memorat Noster in Stemmate Episcoporum infr. In Episcopum ille est consecratus An. Ch. 1122. Decessit An. 1145. Est autem hic in textu *Katli*, dativus à nominat. *Ketill*.

(*e*) Ejus mentio quoque injicitur inferiùs Cap. 9. ubi dicitur *Samundr Sigfusson*. In *Kristendoms Sogu Cap.* 12. laudatur ut Sapiens, optimúsque omnium, qui in Islandia unquam fuerunt, Clericus. Fuit verò parœciæ Oddensis in australi Islandiæ quadrante Presbyter, prædiúmque suum publicam humaniorum artium scholam esse voluit; útque erat suo tempore vir non minùs doctrinâ, quàm variis itineribûs clarissimus, ita *Froda*, id est, *Sapientis, eruditi* vel *multiscii* cognomen est promeritus. Egregias ejus lucubrationes inter deperditas diu est quod deplorarint eruditi, cùm nihil earum supersit, præter alteram *Eddæ* partem, *Samundianam* vulgò dictam, metrísque illigatam; cujus tamen vix millesima portio creditur hodie superstes. Adscribitur ipsi etiam *Oddensium Annalium* pars, de quibus fusiùs *Thorm. Torfæus.*

(*) Hôc cognomine ipsum impertiêre veteres, quòd excisâ silvarum parte tractum illum excoli fece-

Halfdanus Hvitbein (i. e. Albipes) dictus, Rex Uplandorum, filius Olafi Trætelgia (i. e. lignatoris) (*) Svecorum Regis; pater erat Aisteini Fretr, seu Bombi; avus Halfdani Munifici at cibi parci (f), proavus Godrodi Regis, Venatoris cognomine celebrati, abavus Halfdani Nigri; atavus Haraldi Harfagre (i. e. Pulchricomi), primi ex ista prosapia totius Norvegiæ Monarchæ. (g)

Capita hujus Opusculi sunt. (h)

I. De Islandiæ inhabitatione. II. de Islandiæ Occupatoribus. III. de Constitutione Legum & Comitiorum universalium. IV. de Anni Computo. V. de terræ in quadrantes divisione. VI. de Grönlandiæ inhabitatione. VII. de tempore introductæ in Islandiam Religionis Christianæ. IIX. de Episcopis alienigenis. IX. de Isleifo Episcopo. X. de Gizoro Episcopo.

E Incipit

fecerit, quem inde Vermelandiam nuncupavit.

(f) Rationem istius sibi ipsi repugnantis cognominis hanc cape: quòd militibus suis stipendia soluturus tantum illis auri pondus daret, quantum vicini Reges aregenti; nihilominus erat in rebus penuariis tantò tenacior, quantò in pecuniariis profusior.

(g) In textu est: *einn Konungr at ollum Norvegi*; unde perspicimus rectiùs scribi *Norvegiam* quàm *Norrigiam*, cùm *Norveg* scripserit Arius, quomodo etiam Cap. 2. est *Norvegs* genit. Ast Cap. 7. scripsit *Noreg*, extritô *v*; nisi sit typographicum sphalma, ut legatur *Norveg*. In *monumento Jellingensi Regio* legitur *Nurvieg*, *o* in *u* mutatô & insertâ literâ *i*, quod fortè exsculptoris errori imputandum.

(h) Quamvis editio Arii Islandica An. 1688. à Theodoro Thorlaco

Incipit Libellus Islandorum.

I. CAPITULE.

Fra Islanz Bygd.

ISland bygdist fyrst ur Norvegi, a dogom Haralls ens Harfagra, Halfdanar sonar ens Svarta, (i) *i thann tid, (at atlon oc tolo theirra Teitz fostra mins, thess manns er ec kunna spacastann, sonar Isleifs Byscops;* (k) *oc Thorkels faudur-brodurs mins Gellissonar, er langt mundi framm; oc Thoridar Snorradottor Goda,* (l) *es badi vas margspok oc oliugfrod,)* (m) *es Ivar* (*) *Ragnarsson Lodbrokar let drepa Eadmund enn Helga Eingla*

lacio, Scalaholtensis diœcesis Episcopo, procurata hoc opusculum in Capita non distinxerit: nos tamen secundum hanc ipsius auctoris seriem suis locis numerum capitum inseruimus, ut eò commodior esset libelli usus.

(*i*) Regulus is erat in Norvegia, subditis impensè charus, cujus ditio tota erat *Vestfoldia*, *Hringarikia* & *Agda*, ut ex historia Norvegica patet.

(*k*) Conf. inferiùs *Cap.9.* Hanc veterum & patriarum rerum notitiam Teitus dubio procul ex parentis, Isleifi Episcopi, narrationibus hausit, quarum posteà Arium sermone participavit. Nam qui conscripsisse Isleifum Historias autumant, fallunt & falluntur; quippe ad Calendas Græcas id probaturi.

(*l*) Ni fallor, is est *Snorri Godi*, quem memorat *Kristendoms Saga* Cap. I. etiam *Landnama* part. 2. Cap. 9. & 12. Filiam ejus vocat Landnama dict. cap. 9. *Thuridi hin Spöku*, i. e. Thuridam sapientem.

(*m*) Hisce & aliis, quas posthac citat Arius, veracium & sapientum narrationibus ejus innititur historia, cùm ante illum nullæ essent literis consignatæ historiæ, quibus sanè ut firmissimò historiæ suæ fundamentô haud abnuisset uti,

Incipit libellus de Islandia.

CAPUT I.

De Islandiæ inhabitatione.

ISlandia inhabitabatur primùm à Norvegis, tempore Haraldi Pulchricomi, qui filius erat Halfdani Nigri (i): Eâ tempestate (secundum sententias sermonésque Teiti mecum educati, quem Isleifi Episcopi filium (k) probè novi sapientissimum; & Thorkelis Gelleris filii, Patrui mei, qui felici pollebat memoriâ, etiam Thuridæ, Snorrii Godæ (l) filiæ, quæ erat æquè sapiens ac multiscia) (m) Ivarus, (*) filius Ragnari Lodbrokii Edmundum A.C. 874.

uti, si extitissent: veteres enim memoriæ magis quàm literis res gestas majorum tradidisse, præter alios animadvertit quoque *Saxo* nostras *lib. 8.* aliisque locis. Manet ergo Arius primus septentrionalis orbis historicus scriptor, quem ideò variis encomiis *Snorrius Sturleus* aliique veteres mactârunt. Per Septentrionalem verò orbem præcipuè hîc intelligimus tria Borealia regna, *Daniam*, *Norvegiam* & *Sueciam*, quæque tum temporis sui erat juris, *Islandiam*. Nec audiendus optimè aliàs ab antiquitatibus Borealibus meritus *Olaus Verelius*, qui *Hervarar Saga* seu *Hervara* (Amazonis Norvegæ) *Vitam* ab homine, qui longè ante receptum in Septentrione Christianismum vixit, conscriptam esse statuit in *Notis ad ejusdem Historiæ Cap. 19. pag. 178.* *Torfæô* enim judice, genium Islandicæ linguæ penitus spirat; neque refert, quòd illius auctor se ex *fornum Bokum*, i. e. veteribus libris, decerpta tradere, initiô operis sui dicat, cùm ea, quæ Arii tempore scripta fuêre, ipsi satis vetusta videri potuerint. Conf. *Torfæi Ser. Reg. Dan. Lib. I. Cap. 5.* Quod si per *fornum Bokum* quis Poëtas

gla Konung; enn that vas DCCC. LXX. epter burd Crists; (n) *at thvi es ritid es i Sögo hans.* (o)

II. CAPITULE.

Fra Landnams-monnom.

Jngolfr het madr Norrænn, (p) *es sannlega er sagt at fære fyrst thadan til Islandz,* (q) *tha es Haralldr enn Harfagri var XVI. vetra gamall. Enn i annat sinn, som vetrom sidar. Hann bygdi sudur i Reykiar-vic. Thar er Ingolfs höfdi kalladr, fyr austan Mynnthacs airi, sem hann*

Poëtas vel Rhythmographos veteres velit intellectos, non refragamur, cùm sæpe Historicis succurrant, eorúmque magna pars ante Christianismi in septentrione tempora, immo nonnulli ante natum Christum floruerint; verùm in Historicis, accuratè loquendo, non numerandi ob exornatos episodiis rhythmos, secundum Poëtarum legem verisimilitudinem quidem, non autem verum (quæ historicorum lex est) ubique prodentes.

(*) Ivarus hic veteribus nominatur *Beinlaus*, i. e. *exos*, qui unà cum fratribus Edmundum ob patris captivitatem & necem trucidavit, dissectis priùs ac solutis à vertebra ejus costis & ad diffissæ aquilæ formam expansis: quomodo Septentrionales Ethnici devictis, quibus infestiores erant, hostibus talem aquilæ figuram à tergo incidere soliti sunt; ut ex antiquitatibus notum est.

(*n*) In textu est ellipsis: expressis enim numeris DCCCLXX, subjicienda esset vox *vetra*, i. e. *hyemes*, quibus annos designabant veteres Septentrionales; etiam Romani. In anno designando concordat Chronicon vetus Saxonicum ab *Edmundo Gibson* editum, ubi de S. Edmundo plura, ut & de insigni illo cœnobio, quod post sesquisecullum super ejus corpore exstrui fecit Canutus M. Daniæ & Angliæ Rex, additis multis magnísque prædiis in Monachorum sustentationem.

(*o*) Ni

mundum Sanctum, Anglorum Regem, interfici fecit; hócque contigit post nativitatem Christi anno Octingentesimo septuagesimô, (n) prout in historia (o) illius scriptum est.

CAPUT II.
De Islandiæ Occupatoribus.

Ingolfus vocabatur vir natione Norvegus, (p) de quo verè dictum est, primum eum inde in Islandiam trajecisse, (q) tum temporis Haraldô Pulchricomô sedecim annos natô. A.C. 870. Verùm in altero itinere, quod paucis inde annis aggressus est, A.C. 874. ad austrum in prædio Reykiar-vik habitavit, ubi de ejus nomine Ingolfi promontorium hodieque dicitur, quô locô ad orientem Mynnthacseyri

(o) Nisi me animus fallit, hîc illa intelligitur Historia, quam Snorrius Sturlæus Arium de vitis Regum Norvegiæ, Daniæ & Angliæ conscripsisse memorat, ad quam provocare videtur Noster, ut Lectori inde locupletiùs de S. Edmundi gestis posset instrui. Verùm hæc historia non sine insigni rei Literariæ detrimento dudum in deperditis est numerata.

(p) Ornone Comite Fyrdafylkense natus, ut docet *Arngrimus Jona in Specim. Island.* & *Crymogæa.*

(q) Scilicet terræ incolendæ gratiâ: ante Ingolfum enim tres Islandiæ fuisse inventores constat, puta *Naddoddum*, qui A. C. 861. invenit & *Snaland* seu nivosam terram appellavit; secundum *Gardarem*, qui insulam An. 864. adiit, ac *Gardarsholmi* nomine insignivit; tertium *Flokium*, nominis *Islandiæ* auctorem, ut hæc in *Landnama* traduntur locupletiùs *part.* 1. *cap.* 1. & 2. Conf. *Torfæi Hist. Norv. part.* 2.

(r)

hann kom fyrst a land; enn thar Ingolfsfell fyr vestan Olfoss-o, (r) *es hann lagde sina eigo a sidann.*

J thann tid vas Island vidi vaxit (*) *a midli fialls oc fiöro. Tha voro her menn Cristner, their er Nordmenn kalla Papa;* (s) *enn their foro sidan a braut, af thvi at their villdo eigi vesa her vid heidna menn; oc leto epter bæcr Irscar oc biollor oc bagla. Af thvi matti scilia at their voro menn Irscer. Enn tha vard för manna mikil miöc ut hingat ur Norvege, til thess unnz Konungrenn Haralldr bannadi, af thvi at honom thotti land-audn nema. Tha sættust their a that, at hver madr skylldi gialda Konungi V. aura,* (t) *sa er eigi væri fra thvi scilidr oc thadan færi hingat. Enn sva er sagt, at Haralldr væri LXX. vetra Konungr oc yrdi attrædr. Thau hafa upphöf verid at gialldi thvi, es nu er kallat lanndaurar; enn thar gallzk stundom meira, enn stundom minna, uns Olafr enn Digre gordi scyrt, at hver madr scylldi giallda Konungi halfa mork, sa er færi a midli Norvegs oc Islands*

(r) Hodie Ölvirsaa, teste *Arngrimo Jona in Specimine Islandiæ.*

(*) Vix aliæ unquam in Islandia fuêre silvæ, quàm quæ salicibûs constabant, eæ quidem satis densæ amplæque, hodie tamen planè convulsæ ac deperditæ, exceptis virgultis nonnullis hinc inde dispersis. Num verò ex hisce arboribus fabricatum fuerit navigium illud, cujus meminit *Landnama part. I. cap. 14 p. 16.* in medio relinquimus. Sanè Adami Bremensis tempore, i. e. seculo XI. nullas in Islandia silvas fuisse ipse testatur in *lib. de situ Daniæ.*

(s) i. e. Sacerdotes vel clericos,

primò terram conſcendit. Verùm Ingolfi monticulus eſt ad occidentem amnis Ölfoſs, (r) ubi poſtea terram ſibi in poſſeſſionem vindicavit.

Eâ tempeſtate erat Islandia ſalicetis (*) conſita, ídque omnibus ferè locis montes & litora interjacentibus. Tum temporis Viri hîc erantChriſtiani, quos Norvegi Papas (s) appellant, qui, quòd vivere cum Ethnicis nollent, inde aliò emigrarunt, relinquentes tam libros Hibernicos, quàm nolas & baculos. Ex hiſce rebus relictis facilis erat conjectura, Hibernos natione fuiſſe. Aſt eò tempore ingens quotidie erat appulſus hominum è Norvegia, usque dum Haralldus Rex, regnum ſuum hôc modô deſolatum iri credens, id prohiberet, legéque caveret, ne quisquam inde huc trajiceret, niſi quinque auras (t) penderet Regi, illis tamen exceptis, quibus è favore Rex hunc indulgeret tranſitum. Proditum autem eſt Haralldum ſeptuaginta annis regnaſſe, octogintáque annos natum fuiſſe; indéque originem id tributi genus duxit, quod nunc Landaurar eſt vocatum: illud verò interdum majoris, interdum minoris erat pretii, usque dum Olafus Digri (i.e. Craſ-

cos, vid. *Lexic. voc. antiq.* Horum meminit quoque *Prologus Landname*, *in fine*.

(t) Vide *Indic. Voc. antiq.* voce *Aura*.

(u)

lands, nema Conor, eda their menn, es hann næmi fra. Sva sagdi Thorkell ofs Gellisson.

Hrollaugr, sonr Raugvalls Jarls aa Mæri, bygdi austr a Sidu, thadan ero Sidu-menn kommer. (u)

Ketilbiorn Kietelsfun, madr Norrænn, bygdi sudur at Mosfelle eno öfra, (v) *thadan ero Mosfellingar comner.* (x)

Audr (y) *dotter Ketils Flatnefs, Hersis Norræns,* (z) *bygdi vestr i Bræida firdi, thadan ero Bræidfirdingar comner.*

Helgi enn Magri Norrænn, sonr Eyvindar Austmannz, bygdi nordr i Eyiafirdi, (*) *thadan ero Eyfirdingar comner.*

III. Ca-

(*u*) Huic familiæ innexus quoque erat & sanguine conjunctus tam *Arius* noster, quàm *Samundus Sigfusinus*, uterque *sapiens* dictus. Hrollaugo etiam plurimi Islandiæ primores originem debent, qua de re *Landnama part. 4. cap. 9.* Conf. *Arngrimus Jona in Specim. Histor. p. 29.*

(*v*) Hodie est prædium Pastorale.

(*x*) Ex hoc quoque sanguine orti sunt bini Scalaholtenses magni nominis Episcopi, *Isleifus* & *Gizorus*, ut ex *Nostri* stemmate Episcoporum Islandicorum liquet.

(*y*) Infrà in Episcoporum Genealogia dicitur *Odr*, aliis *Unnur*, ob ingentes divitias *Diupaudga*, i.e. *Prædivitis* cognomine salutata. *Landnama* dicit eam Christianam fuisse, *part. 5. cap. ult.* Oleifo Candido nupsit, eique genuit Thorsteinum Rufum, qui duxit sororem germanam Helgii Macri, de quo mox *Noster*.

(*z*) Hæbudarum scil. Norvegiæ Regibus subjectarum Princeps, vel potiùs Baro. vid. *Indic. voc. antiqv.* voce *Hersir.* Hic verò obiter notandum, Regem Norvegiæ, Haconem, eô nomine, ut ipse voluit, Quintum, rectiùs Sextum, A. C. 1308. Comitum Baronúmq; titulos intra Regnum suum abrogâsse, solis Regum filiis Comitibúsque Orcadensibus eorum usu permissô, teste *Thorm. Torfæô Hist. Orcad. lib. 2. ad memoratum annum.*

(*) Ubi prædium suum *Kristnes* appellavit, [Nostrô teste in Episcoporum Genealogia, infe-riùs

Crassus) statueret, unumquemq; Norvegiam inter & Islandiam qui vellet iter facere, dimidiam Regi marcam solveret, exceptis tamen mulieribûs, virísque, quibus ipse Rex id concederet, prout retulit nobis Thorkell Gelleris filius.

Hrollaugus, filius Rögvaldi, Comitis Mærensis, regionem Sidam in orientali Islandiæ quadrante inhabitavit, inde Sidensis familia promanavit. (u)

Ketilbiornus Ketillis filius, vir Norvegus, prædium, Mosfellum superius appellatum, in Australi Islandia (v) incoluit, unde Mosfellenses originem traxêre. (x)

Audur (y) Ketillis Flatnefs, (i. e. Simi) Baronis Norvegi (z) filia, ad occidentem, in Breidafiordo vixit, unde Breidfiordenses orti sunt.

Helgius Macer, Norvegus, Eyvindi Austmanni (i. e. Norvegi) filius, ad boream, in Eyiafiordo habitavit (*) cui Eyiafiordenses ortum debent.

riùs.) quòd magis ad Christianismum quàm Ethnicismum inclinaret, quippe qui infans Christianis sacris erat initiatus. Syncretismum tamen fovit satis rudem: credidit enim Christum divisum cum Thoro imperium habere; unde, cùm in terra esset, Christum invocavit, at Thorum, cùm esset in mari, ibíque duri quid pateretur, vel arduis implicaretur negotiis, ut è *libro originum Islandiæ, Landnama dicto*, part. 3. Cap. 12. licet cognoscere. Paria de Danis in primis religionis Christianæ incunabulis referunt *Viticbindus Monachus & Sigebertus Gemblacensis.*

III. CAPITULE.

Fra Laga Setning oc Althingis Setning.

Enn tha es Island vas vida bygt ordit, tha hafdi madr Austrenn fyrst Lög ut hingat ur Norvegi, sa er Ulfliotr het (sva sagdi Teitr oss) oc voro tha Ulfliots-Lög köllod. (a) *Hann vas fader Gunnars, er Diuffdæler ero comner fra i Eyiafirdi; Enn thau voro flest sett at thvi, sem tha voru Gola-things Lög,* (b) *eda rad Thorleifs ens spaca, Horda Carasonar,* (c) *voro til; hvar vid scylldi auka, eda afnema, eda annan veg setia.*

Ulfliotr

(a) Conf. *Landnama part.* 4. *cap.* 7.

(b) Hic notandum, quatuor olim fuisse leges, quæ simul in Norvegia vigebant: (1) Frostathingensis, *Frostothings-Lög*, per totam Diœcesin Nidrosiensem quæ valebat, sic denominata à loco *Frosten*, qui in Nidrosiensi sinu interiori jacet, ubi forum universale annuum habebatur ad caussas coram Nomophylace dicendas. (2) Gulathingensis, *Gulathings-Lög*, cui locus quidam in aqvilonari Bergensis ditionis parte jacens nomen dedit, ubi forum quoque universale celebratum est incolarum Bergensis territorii. Utrasque has leges condidit Hacon Adelsteini alumnus, & quidem *Frostathingensem* consiliô Sigurdi Comitis aliorúmque è Nidrosiensi provincia sapientum virorum; *Gulathingensem* instituit consiliô Thorleifi Sapientis, qui ille ipse est, cujus hîc meminit Noster. (3) Dicebatur Eidsivienses, *Eidsivia-things-Lög*, quæ per Gudbrandsdalum, Heidmarcam, Hadelandiam, Romerigiam & reliquam Oplandiam erat in usu. (4) Vigensis, aliàs Borgensis *Borgar-things-Lög*, quæ ab antiqua urbe Sarpsburgo, ubi hodie est Fridericstad, ita nominabatur, vigebátque in Orientali Norveg: parte, ac Vikensi territorio, & circùm;

CAPUT III.

De Constitutione Legum & Comitiorum Universalium.

Islandiâ vero longè latéque habitatâ, vir quidam Norvegus, cui Ulfliotus nomen, huc ex Norvegia primus leges intulit, prout nobis narravit A.C. 926.
Teitus; indéque tum temporis Ulflioti Leges sunt A.C. 928.
nominatæ, (a) Ille erat pater Gunnaris, cui Diupdalensium, quæ Eyiaffiordum incolit, familia originem debet. Erant verò pleræque leges ad Golathingensium (b) normam compositæ, additis tamen è consilio Thorleifi sapientis, filii Hörda Caurii, (c) nonnullis, quibus illæ vel augerentur, vel minuerentur, vel quoque transponerentur.

Ulflio-

cùm. Quatuor has leges (in omnibus tamen, exceptô secundô capite, qvod de foris juridicis agit, apprimè convenientes) An. Chr. 1274. correxit, adauxit & planiores reddidit Magnus Haconis filius, Rex Norvegiæ, quem inde Legum emendatorem salutârunt veteres. Eundem Regem Islandi quoque de emendatione suarum legum sollicitârunt, id quod etiam perfecit; qui legum Codex per Jonam Nomophylacem in Islandiam An. 1280. vel 1281. eôdem, quo Rex obiit, annô transmissus publicè receptus est, quô hodieque utuntur Islandi, quibus *Jons-Bok* seu *Jonæ Codex* vulgò dicitur. Conf. *Arngrimus Jona in Crymogæa.*

(c) *Hörda-Kari* ni fallor, ex Hordia Norvegica (*Hördafylki*) fuit oriundus, indéque hoc nomen sortitus; veluti à provincia Cimbrica quadam *Hördsyssel*, pater Gormi Grandævi *Hörda-knut* nomen

Ulfliotr var austr i Loni; enn sva er sagt, at Grimr Geitscör (d) *væri fostbroder hanns, sa er kannadi Island allt, at radi hanns, adur Althingi væri att. Enn honom fecc hver madr pening til a Landi her, enn hann gaf se thæt sidan til hofa.* (e)

Althingi (f) *vas sett at radi Ulfliotz oc allra Lannzmanna, thar er nu es. Enn adr vas Thing a Kialarnesi,* (g) *that es Thorsteinn Ingolfsfun, Landnama-manns, fader Thorkels Mana* (h) *Lögsögomanns hafdi thar, oc Hofdingiar their es at thvi hurfo. Enn madr hafdi secr ordit*

nomen duxit, ut ex antiquis historiis notum. *Kare* etiam cognomen fuisse olim, indicat *Catalogus Abbatum Soranor. p. 7. & 9.* ubi *Joannes Kare* Abbas nominatur; nisi fuerit binominis. Certè *Kare*, aliàs *Kaure*, nomen virile proprium esse & veteribus æquè ac modernis Islandis usitatum, tam ex fabulis quàm Historiis Islandicis adeò est notum, ut non opus sit exemplis. Memini quoque me in Islandico quodam Mscpto observâsse hôc nomine Alfum seu Genium quendam fuisse mactatum.

(*d*) Danicè reddi potest Ge-des Skiæg, à *Geir*, capra, Danicè en Geed, & *Scör*, id est *barba*.

(*e*) De voce *Hof*, quæ in textu est, vid. *Index voc. antiqv.* Erant autem publica & primaria fana ad unumquodque forum juridicum tria, quibus ipsi præessent judices, inde *Godar* vel *Gudar* appellati. Pendebat hisce fanis quilibet incola annuum tributum, ut nunc Christianorum templis solvuntur decimæ; teste *Landnama part. 4. cap. 7. in fine.*

(*f*) De vocabulis *Althing* & *Öxarar-thing*. Vid. *indic. voc. antiqv.*

(*g*) Est hoc nomen compositum à *Kiölur*, i.e. carina navis, & *nes*, i.e. promontorium, ut *Kialar.*

Ulfliotus ad orientem Loni erat. Traditum est autem Grimum Geitſcör (i. e. caprinæ barbæ) *(d)* unà cum eo fuiſſe enutritum, qui conſiliò ejus totam priùs peragravit Islandiam, quàm certus Comitiis anniverſariis locus eſſet aſſignatus; Illi verò unusquisq; regionis incola numum pendit, quod ille tributum poſteà fanis *(e)* in ſacrum uſum dedicavit. Comitia *(f)* conſiliò Ulflioti incolarúmque omnium eò loci conſtituta ſunt, ubi hodieq; habentur, quæ anteà in prædito Kialarneſi *(g)* fuerunt, ubi Thorſteinus filius Ingolfi, qui primus Islandiam occupavit, pater Thorkelis Mana, (i. e. Lunæ) *(h)* Nomophylacis, aliíque ipſi adhærentes primores illa celebrârunt. Verùm reus factus eſt vir quidam, fundum in a- An. Ch. 929.

Iar-nes ſignificet *carinæ promontorium.*

(*h*) Hoc cognomen per improperium ipſi indidêre reliqui gentiles, populares ejus, non alià de cauſſa, quàm quòd à lunæ aſtrorúmque opificio admirabili aliquid de inviſibili opifice colligendum ſtatuiſſet, qui quoque jam moriturus, ſe in locum ſoli adverſum efferri fecit, commendandô ſe in manus illius DEI, qui ſolem creaverat. Vide *Landnama part.* 1. *cap.* 9. & *Arngr. Jona Specimen Island. ſect. I. Cap. I.* Verè dixit Epictetus: τȣ̃ Θεȣ̃ σύμβολα ineſſe animis hominum, quæ Deus hominibus per tot objectas ſui ſpecies inurit.

(*) Mul-

ordit of thræls mord eda Leysings, (*) *sa er land atti i Blaskogom; hann es nefndr Thorer Croppinnskeggi, enn Dottur sonr hanns er calladr Thorvalldr Croppinnskeggi*, (i) *sa es for sidan i Austfiordo, oc brenndi thar inni Gunnar brodor sinn.* (*Sva sagdi Hallr Orækiosun*;) *enn sa het kolr er mirdr vas: vid that es kennd gea su, es thar es kollod sidan Colsgea, sem hræn funndusc. Land that vard sidan Allsheriar fe, enn that logdo Lannzmenn til Althin-*

(*) Multùm olim referebat, occiderétne quis servum an libertum; quísve esset is, qui cædem committeret, dominúsne servi, an alius quisquam. In Servum vitæ necísque potestatem habebant Pater & Mater familias eorúmque filius; in libertos non item, quippe qui communi cum aliis hominibus jure fruebantur, cùm servorum conditio ferè non alia esset ac pecorum, miserrima scilicet & abjectissima; unde, si homini libero verbera impingeret servus, vitâ privabatur: si damnum alteri servus inferret, Domino incumbebat compensatio: si alius quisquam ac Dominus servum necaret, tenebatur is ad damnum resarciendum ejusdem servi domino. Sic si servam quis imprægnasset, eâque gravida mortem obiret, non solùm pretium ejus Domino solvebatur, verùm etiam, ob cessans ex opera demortuæ lucrum, damnum illud compensabatur. Hi verò inter ethnicas pravitates numerandi mores, introductô Christianismô, exulare jussi sunt: *thi att taKrist var saldr, ta lösti Krist alla Kristna*, ut dicitur in Lege Upland. h. e. Christô enim venditô, Christus omnes redemit Christianos.

(*i*) Liquidò hinc patescit; cognomina ex contingenti aliquo adventitio primùm indita, præsertim Nobilium apud veteres, in posteros etiam ac familias plerumque transiisse, id quod pluribus exemplis è Saxone Grammatico & aliis priscis historicis posset probari, si usus esset. Sufficit unum alterúmque hîc produxisse; ut in Saxonis lib. 14. *Petrus*

gro Blaskogensi qui possidebat, utrum ob ervi, an liberti cædem, non dixerim. (*) Nomen eidem viro erat Thorus Kroppinskeggus (i. e. vellicatæ barbæ) & nepoti ejus ex filia Thorvaldus Kroppinskeggus, (i) qui posteà ad orientale litus (Islandiæ) se contulit, ubi fratrem suum Gunnarem incendiô delevit. Ita retulit nobis Hallus Orækiæ filius: peremti verò nomen erat Kolus, exinde Scrobs illa, in qua inventum fuit cadaver defuncti, posteà Kols-gia (i. e. Koli hiatus) vocabatur. Terram illam seu fundum, cùm jam fisco seu communi cesserat possessioni, incolæ posteà Comitiorum addixerunt usui. Eapropter ibi locus

trus Bos, Dan. Peder Oxe, qui sub Valdemaro I, vixit, ut sub Canuto Magno anteà *Thimmo Banner*, Sialandicus, apud eundem Saxonem. Unde toto aberrant cœlo qui autumant, hanc gentilium cognominum rationem Valdemari IV. (vel rectiùs III.) tempore incœpisse, quam alii ad Johannis Regis imperium restringunt. Conf. *Ol. Wormii Epist.* *CCCCXXVI.* ad Henr. Spelmannum. Illustratur hoc lepidâ illâ & vetere, quam in præcedenti *CCCCXXV. Epistola* ad Wormium „affert *H. Spelmannus* Anglus, „narratiunculâ: Normannam „nobilem Angli repudiâsse nu„ptias, quòd duplici non hone„staretur nomine. Brevì igitur „in Normannicum ruunt omnes „morem, cognomina sibi aut à „prædiis, villis, oppidis (quod „Normannis atque Gallis usita„tissimum fuit) aut ab animi cor„porisque dotibus, officio, ma„gistratu, artificio, rebus gestis „& hujusmodi, adsciscentes, ea„demque ad nepotes & propa„ginem suam diffundentes. Hæc „*Spelmannus*.

(k) Scil.

Althingis nálzlo: af thvi es thar Almenning at vida til Althingis i Scogom, oc a heidom hagi til Hrossa-hafnar. That sagdi Ulfhedinn oss.

Sva hafa oc spaker menn sagt, at a LX vetra yrdi Island albygt, sva at eigi veiri meir sidan.

Thvi nær tok Hramun Lögsögu, Hængs sonr (k) *Lanmama-manns, næst Ulflioti, oc hafdi XX. sumor; hann var ur Rangaar-hverfi. That var LX. vetrom eptir Drap Eadmundar Konungs, vetri eda tveim adr Haralldr enn Harfagri yrdi daudr, at tölo spakra manna. Thoraren Raga-broder, sonr Oleifs Hialta, tok Lögsögo næstr Hramni oc hafdi önnur XX. hann vas Borgfirder.*

IV. CAPITULE.

Fra Misseris-tali.

That vas oc tha ener spökosto menn a Landi her höfdo talit i tveim misserom fiora daga ens fiorda hundrads. that verda vikr II. ens setta tegar, (l) *enn Monodr XII. thritog-*

(k) Scil. *Ketelis Hængi*; Hramnum illum primum Islandiæ Legislatorem fuisse perhibent Historici, noménqve dedisse loco, ubi natus est, qvi hodieqve dicitur *Hramns-toptir*, id est *Rudera Hramni.* Alii *Hrafnum* pronunciant & scribunt.

(l) Non tam de ipsis verbis interpretandis hic adeò fuimus soliciti, qvàm de latente in verbis genuino sensu eruendo, ut veterum computandi ratio eò faciliùs intelligeretur secundum Auctoris mentem, & rei ipsius naturam, cùm implicatus aliàs sit hic locus, ni fallor, ob extritum vetustate unum vel alterum verbum in autographo. Hoc Arii Caput scimus Virum Clarissimum,

locus est publicus, ubi licitum ligna in silvis cædere, & in tesquis pascua habere ad equos alendos, ut nobis narravit Ulfhedinus.

Ita etiam è sapientum relatione comperimus, post sexaginta hiemes (i.e. annos) adeò excultam fuisse Islandiam, ut ulteriùs (novis incolis) non habitaretur.

Prope id temporis, annò scilicet post cædem Edmundi Angliæ Regis sexagesimò, post mortem Haraldi Pulchricomi primò vel secundò, Ulflioto ut Nomophylax successit è familia Rangaënsi Hramnus, filius Hængi (*k*) Islandiæ occupa- An. Chr.
toris unius, eodémque functus est officio vigin- 929.
ti annos, secundum sapientum virorum narrati- vel 930.
onem. Post Hramnum Nomophylacis officio admotus est Thorarinus Ragi frater, Oleifi Hial- A.C. 950.
tii filius, eíque muneri etiam viginti annos præfuit, è familia Borgfiordensi oriundus.

CAPUT IV.

De Anni Computo.

Contigit quoque tum temporis, quòd nonnulli sapientissimi hujus regionis viri in duabus æqualibus anni partibus trecentos sexaginta & quatuor dies numeraverint (*l*), qui faciunt quin-

mum; *M. Jonam Gam*, Islandum, Scholæ Nestvediensis Rectorem, egregiè illustrasse in Schediasmate nondum edito *de ratione Anni*

thritognattar oc dagar IV. umbframm. Tha mercdo their at Solargangi at Sumaret munadi aptur til Varsens; enn that cunni engi segia (m) *them at deige einom vas fleira, enn heilom vikom gegndi; i tveim Misserom, oc that olli. Enn madr het Thorsteinn Surtr, hann vas Breidfirdscr; sonr Hallstein Thorolpssonar, Mostrar-skeggia, Landnama-manns, oc Oskar Thorsteins dottor ens Rauda.* (n) *Hann draimdi that, at hann hygdisc vesa at Logbergi, tha es that var fiölmennt, oc vaka, enn hann hugdi alla menn adra sofa; enn sidan hugdist hann sofna, enn hann hugdi tha alla menn adra vacna. Thann Draum red Osyfr Helgasun,* (o) *modor fader Gellis Thorkelsunar, sva: at allir menn*

Anni Solaris per observationem veterum Paganorum in Islandia, quod avidè exspectamus. Hîc obiter notandum, Islandos, præsertim in Emtione & Venditione, quodlibet Centum numero duodecim decadum (vel sexies viginti) absolvere, qui mos illis etiamnum in usu est, uti & quibusdam in Dania mercatoribus, halec, pisces aut id genus mercimonia vendentibus. Tale Centum vocant Islandi *tolfradt hundrad*, quia constat duodecim decadibus, & *stort hundrad* ad differentiam vulgaris, quód vocant *tiradt hundrad*, & *smaatt hundrad*, ut Jon. Olavius, Isl. me monuit.

(*m*) Scilicet, cur una redundaret dies.

(*n*) Erat is Thorskafiordensis provinciæ Flamen seu Curio, ut Historicis est proditum.

(*o*) Vetus Anonymus *auctor doctrinæ Sphæricæ & Computi Ecclesiastici*, linguâ priscâ Norvegicâ vetustôque charactere in membrana conscripti, recentior tamen Johanne à Sacro Boscho, Anglo,

quaginta duas hebdomas; menses autem duodecim, singulos triginta noctium, & quatuor dierum, qui excurrunt. Deinde ex solis cursu animadverterunt hoc modô æstatem magis magísque in vernum tempus vergere, quippe in binis anni partibus præter integras hebdomadas unâ die redundante; hujus tamen mendi rationem nemo reddere potuit (m). Erat autem vir quidam Breidfiordensis, Thorsteinus Surtr (i. e. Niger) dictus, filius Halsteini & Oskis Thorsteini Rufi filiæ, nepos Thorolfi Mostrarskegg (Mostrobarbi,) terræ occupatoris (n). Huic in somno videbatur, esse se in loco Comitiis destinato, ubi ingens erat hominum confluxus, & cunctos quidem, sese vigilante, obdormiisse, posteà verò expergefactos omnes alios, cùm ipse altè stertet. Hoc Somnium Osyfus Helgii filius (o), avus maternus Gelleris Thorkelis filii, ita est interpretatus: quòd scilicet ipso in Comitiis verba faci-

Anglo, (aliàs *Holywood* cognominato) Seculi XIII. Scriptore; quippe quem citat, Magníque Hakonis filii, Norvegiæ Regis, tempore floruisse refert; hunc Thorsteiniani somnii interpretem *Osvifum* appellat, cætera eodem ferè ac Noster tenore tradens, cujus ipsissima verba *Torfæus* affert *part. 2. Hist. Norveg. lib. II. cap. 11.* qui de hac Islandorum computatione, ejúsque defectu omnino meretur consuli.

(p) Ad

menn myndi thegiandi verda, (p) *medan hann mællti at Logbergi; enn sidan es hann thagnadi, at tha myndi allir menn that roma es hann hefdi mællt; enn their voro bader spaker menn miok. Enn sidan es menn qvomo til Things, tha leitadi hann thess rads at Logbergi, at et siaunda hvert sumar skylldi auka Viku, oc freysta hve tha hlyddi* (q). *Enn, sva sem Osyfr red draumin, tha vaknado allir menn vid that vel, oc vas that tha thegar i Log leidt, at radi Thorkels Mana, oc annara spacra manna; at retto tali (skulu vera)* (*) *i hverio aari, V. dagar ens fiorda hundrads, ef eigi es Hlaup-aar; enn tha einom fleira* (r), *enn at oro tali verda IV.* (s) *Enn tha es*

(*p*) Ad verbum: *silentes*. In impresso exemplari Islandico textus sine dubio mendum habet, ubi legitur *thegn vard*. *thegn* enim hoc sensu non est vox Islandica, sed *thögn*, i. e. silentium. Verùm genuina constructio & Linguæ proprietas non patitur aliam lectionem, ac locô *thogn vard; thegiandi verda*, silentes fieri, ut nunc legitur.

(*q*) Id est: num temporum ratio hâc viâ meliùs procederet.

(*) Binæ voces *skulu vera* in Textu duobus semicirculis inclusæ desunt in exemplari Islandicè impresso; sine quibus tamen sensus redditur anceps & obscurus.

(*r*) Nota hic præcisè inventum esse annum tropicum Sosigenis Ægyptii, qui Philosophus erat Peripateticus & Mathematicus insignis, à Julio Cæsare in consilium adhibitus, cùm ab Alexandrinis edoctus *Calendarium*, quod ab eo *Julianum* est appellatum, conderet, correctis scil. Fastîs per intercalandi licentiam turbatîs, annóque ad solis cursum accommodatô, ut trecentorum sexaginta quinq; dierum

ente omnes ad hæc eſſent audiendô attenti (*p*); cùm verò finem orationi impoſuiſſet, omnes manibus pedibúsq; in ejus irent ſententiam. Erat autem uterq; ſapientiâ conſpicuus: Poſteà verò, cùm haberentur Comitia, in loco juridico hoc conſilium impertivit, ut quamvis ſeptimam æſtatem unâ adaugerent hebdomade, ad periclitandum, quomodo res tunc ſuccederet (*q*). Verùm, ut Oſyfus prædixerat, tum univerſi id approbârunt; unde è conſilio Thorkelis Manæ aliorúmque ſapientum virorum mox in leges referebatur, quod unusquisque annus trecentis & ſexaginta quinque diebus conſtaret (*), niſi annus eſſet biſſextilis; tunc (*r*) enim unum inſuper diem adjiciendum; verùm, quoad numerum annorum, fiunt

---

rum ac ſex horarum eſſet, atque intercalariô menſe ſublatô, unus dies quartô quoque intercalaretur. Incipit verò Juliana periodus 45. ann. ante natum Chriſtum. Calendarium hoc Julianum illuſtriſſ. Romani imperii Ordines An. 1700. emendarunt, atque ſic dictum *novum Stylum* condidere, etiam eodem annô in omnibus ditionibus Danico Imperio ſubjectis, ſpeciatim Islandia, introductum. Mirum verò eſt, veteres Islandos, adhuc gentiles, cùm ex media eſſent barbarie, apud quos optimæ artes perinde ac ipſi frigerent, cœlóq; nubilô conderentur; tantâ tamen in ſcientiarum Mathematicarum rerúmq; cœleſtium cognitione adhibuiſſe induſtriam, ut Calendarii uſum temporísque rationem accuratè adeò intellexerint.

(*s*) i. e.

es aicsc at orotali; et siaunda hvert at Viko, en eingo at hino (t): *tha verda. VII. or saman jamnlong; at hverotveggia* (u). *Enn ef Hlaup-or verda II. amidli theirra es auka skal, tha tharf auka et setta.* (**)

V. CAPITULE.

Fra Fiordunga deild.

Thinga-dæild mikil vard a midli theirra Thordar Gellis, sonar Oleifs Feilans ur Breida firdi, oc Odz thess, er kalladr var Tungu-Oddr. hann var Borgfirdscr. Thorvalldr sunr hanns vas at Brenno Thorkels Blunnketilssunar, med Hæsna-Thori i Ornolfs dali: enn Thordr Gellir vård hofdingi at Sokemni, af thvi at Hersteinn, Thorkelssun Blunnketilsonar, atti Thorunni Systur-dottor hanns; hun vas Helgo dotter oc Gunnars, syster Jofridar er Thorsteinn atti Egilssun. Enn their voro sotter a thingi, thvi es var i Borgarfirdi, i theim stad, es sidan es kallat Thing-nes. That voro tha Log, at Vigsakar scylldi sækia thvi thingi, es næst vas veit vigi; enn their bordosc thar, oc matti thingit eigi heyiasc at lögom. Thar fell Thorolfr Refr, broder Olafs i Dölom, ur lidi Thordar Gellis.

Enn

(s) i.e. annus bissextilis quartô quovis annô contingit: nisi hîc mendum irrepserit, legendúmque sit *oro* pro *voro*, hoc est *nostro*; non *oro* annorum, cum *o* magno scilicet, ut est in impresso exemplari Islandico, cujus orthographia non sibi satis ubique constat.

(t) Puta: nullâ hebdomade cæteros annos esse augendos.

(u)

quatuor (s). Quando autem numerus augetur annorum, septimus quisque annus unâ augeatur hebdomade, aliàs nullâ (t); tum septem anni invicem æqvabuntur utrobiqve (u): si verò anni duo bissextiles annis augendis interveniunt, sextus (hebdomade illa) adaugeatur (annus) oportet. (**)

CAPUT V.

De terræ in Qvadrantes Divisione.

Gravis lis forensis reciprocabatur inter Thordum Gellerem, Oleifi Feilanis Breidafiordensis filium, & Oddum, qvi nominabatur Tungu-Oddus, erátqve è Borgarfiordo; qvippè Thorvaldus, filius ejus, unà cum Hænsna-Thoro in A.C. 962. Ornolfsdalo incendiò absumserat Thorkelem Blundketillis filium, contra quos causam præcipuè egit Thordus Geller: Hersteinus enim, filius Thorkelis, nepos Blundketillis duxerat sororis ejus filiam Thorunam, (cui parentes erant Helga & Gunnarus) sororem Jofridæ, uxoris Thorsteini Eigilis filii.

Agebatur verò causa illa in foro juridico Borgfior-

(u) Nempe hebdomas, quæ utriusque septennio addenda.

(**) Hic locus crux est interpretum, ut Sibylla divinatrice omnino

Enn sidan foro Sakarnar til Althingis, oc bordusc their thar tha enn. tha fellu menn ur lidi Odds; (v) enda vard secr hann Hæsna-Thorir, oc drepinn sidan, oc fleiri their at Brennunni voro. Tha taldi Thordr Gellir Tölo umb at Logbergi, hve illa mounom gegndi at fara i ocunn Thing, at sækia of vig eda harma sina; oc taldi, hvat honom vard fyrir adr hann matti thvi mali til laga coma; oc qvad ymissa vandrædi mondo verda, ef eigi rædisc batur a.

Tha vas Landino scipt i Fiordunga, sva at III. urdu Thing i hveriom Fiordungi, (*) oc scylldu Thingu-nautar eiga hvar Sak-sokner saman; nema i Nordlendinga Fiordungi voro IIII. af thvi at their urdu eigi a annat satter: their er fyr nordan voru Eyiafiord, villdu eigi thangat sækia

omnino opus sit. Speramus tamen Cl. *Jonam Gam* hunc nodum in suo *de ratione Anni Solaris* schedio optimè soluturum.

(*v*) Hinc cognoscimus unicuique litigantium parti suum fuisse patrocinium, suam factionem. Tenebatur autem unus ex judicibus causam in judicio actam referre vel repetere; quod si nemo vellet in se suscipere, sortiri invicem debebant, unus ex parte actoris, alter rei., teste veteri Norvegorum lege, cui nomen *Gragas*, (i. e. *Cineraceus anser*) antiquitas tribuit, titulô *um reifingar-menn*. Modernô stylô *Referendarios* hos nominare licet, quales aliquando Gloriosiss. memoriæ Regis Christiani V. tempore in Summo Justitiæ Tribunali constituti fuerunt; de quibus peculiare exstat ejusdem Regis Edictum. In Runa Capitula *Thular* & *Fimbulthular* dicitur orator referendarius, à *thula*, qua voce declaratio fabulæ significatur; etiam longa & continua quævis oratio.

(*) Conf. *Landnama part. 4. cap. 7. circa finem.*

fiordensium, ubi locus posteàThingnes est nominatus: lege tum temporis erat cautum, ut de homicidio caussa diceretur in loco cædi proximô. Tantà verò & tam acris ibi erat contentio, ut eô loci secundum legis præscriptum celebrari forum haud qviverit, ceciditqve ibidem Thorolfus Refur (i. e. vulpes), frater Olafi Dalensis è numero militum Thordi Gelleris.

Posteà verò, cùm caussæ ad Forum Universale deferrentur, fit novus ibi conflictus, in qvo occisi sunt nonnulli ab Oddi parte stantes (*v*). Tum verò intentati criminis reus judicatus est Hænsna-Thorus, qvi posteà, cum aliis incendii ejusdem convictis, est occisus. Tunc qvoqve in loco juridico orationem habuit Thordus Geller, qvâ ostendit, qvàm malè agerent incolæ, qvi ad qværendum jus suum in caussis homicidii aliarúmqve rerum controversarum peregrina adirent fora juridica, dixítque quid ipse priùs tulerit incommodi, quàm caussam illam legibus posset subjicere (*ut ex legum præscripto dijudicaretur*); inde assidua pericula imminere, nisi hisce malis maturè obviam iretur.

Hinc factum est, quòd in quatuor partes totam diviserint regionem incolæ, ac unicuique quadranti tria assignaverint fora juridica, (*) ubi

ſækia Thingit; oc eigi i Skagafiord, their es thar voro fyr veſtan: enn tho ſcylldi jofn dom nefna, oc Logretto ſcipon, ur theirra Fiordungi, ſem ur einom hveriom odrom. Enn ſidan voro ſett Fiordungar-Thing. (x) *Sva ſagdi oſſ Ulfhedinn Gunnarſſon Logſogo-madr.* (y)

Thorkell Mani, Thorſteinſſon, Ingolfſſonar, tok Logſogo epter Thorarinn Ragæ-brodor, oc hafdi XV. ſumor. Tha hafdi Thorgeir at Lioſavatni Thorkelsſun XVII. ſumor.

VI. CAPITULE.

Fra Grænlands Bygd.

Land that, es kallat es Grænland, fannzt oc bygdiſc af Islandi. Eirekr enn Raudi het madr Breidfirdſcr, es for

(x) Quid hîc loci vocabulum illud, quod in Textu eſt, *fiordungar-thing*, propriè deſignet, ſub judice lis eſt. Neſcio an hoc idem ſit cum *Fiordungs-thing*, de quo Landnama part. 2. cap. 12. *Thar ſetti Thordur Geller Fiordungs-thing med radi allra Fiordungs manna*: Ibi conſtituit Gellerus forum, *Fiordungthing* dictum, conſiliô omnium è qualibet quadrante virorum. Conſultus à me hac de voce & aliis nonnullis præſtantiſſimus humaniorum artium ſtudioſus, *Jonas Olavius*, Islandus, linguam patriam & antiquitates apprimè doctus, ingenuè faſſus eſt, quid hîc vox illa ſibi velit, ſe ignorare. In hanc tamen ivit ſententiam: *Fiordungar-thing* fuiſſe judicium quoddam, ſeu rectiùs Conſiſtorium, conflatum ex cujuscunque quadrantis ſapientiſſimis viris, cauſſarum componendarum ergo delectis: ideóque hæc Conſiſtoria fuiſſe numerô quatuor, quô ſpectare exiſtimabat locum illum capitis octavi inferiùs: *hann ſetti fimtardoms Lög*; *legem tulit de judicio quinario ſeu quintæ partis*: *fimt* enim denotat quicquid ex quinque partibus conſtat, præcipuè

caussas agerent, unusquisque in suo competente foro. In boreali tamen parte quatuor exinde constituebant, quia aliter concordare non potuerunt: quippe boream versus ultra Eyiafiordum, qui habitabant, noluerunt Eyiafiordensem adire conventum; nec Skagafiördensem, qui in occidentali quadrantis parte sedem fixerant: Erat tamen sancitum, ut paria essent numero judicia, & æquè multi judices Fori Universalis; tot scilicet ab una insulæ quadrante, quot de singulis quadrantibus reliquis. Posteà verò uniuscujusque quadrantis conventus (x) celebrabatur, ut retulit nobis Ulfhedinus Nomophylax, Gunnaris filius (y).

Thorkell Mani Thorsteini filius, Ingolfi nepos, Nomophylacis officium post Thorarinum Ragi-fratrem adiit; quo quindecim annos functus est. Inde Thorgeir de Liosavatni, Thorkelis filius, septendecim annos habuit. A.C. 970. A.C. 985.

CAPUT VI.

De Gronlandiæ Inhabitatione.

Terram Gronlandiæ nomine insignitam primi invenerunt incoluerúntque Islandi. Eiri-

cipuè autem quinque dies, &c. vid. *Lexic. vet. antiq.* voce *Fimm.*

(y) Hujus ut Nomophylacis, meminit *Noster* inferiùs Cap. X. Paren-

for ut hedan thangat, ok nam thar land, er sidan es kalladr Eiriksfiordr. Hann gaf nafn landino, (*) oc kalladi Grænland, ok qvad that menn myndu fysa thangatfarar, at landit thætti nafngott. (z) Their fundo thar manna vistir, bædi austr oc vestr a landi, oc Keiplabrot oc Steinsmidi, (a) that es af thvi ma scilia, at thar hafdi thesskonar Thiod farid, es Vinland (b) hefer bygt, ok Grænlenndingar calla Screlingia. (**) Enn that vas es hann tok byggva landit, XIV. vetrom eda XV. fyrr enn Cristni

Parentis ejus, Gunnaris, cognomine sapientis, officiô Nomophylacis quoque functi mentionem injicit Cap. IX.

(*) Hinc probare satagunt *Arngrim. Jona* eúmque sequentes *Theod. Thorlacius* & *Thorm. Torfæus* Ericum Rufum primum Gronlandiæ nomen imposuisse A. C. 982. ab ipso inventæ: cùm tamen diu ante hoc tempus Ludovici Pii Imp. Diploma, quô Ansgarius Archiepiscopus Hamburgensis constituitur, datum illud A. C. 834. item Gregorii IV. Pontif. Rom. Bulla annô sequenti 835. scripta, eundémque confirmans Archiepiscopatum, tam Islandiam quàm Gronlandiam disertè nominent; quod utrumque diploma falsitatis arguere non abhorrent prædicti Triumviri, autumantes Islandiæ æquè ac Gronlandiæ nomina Monachorum dolô posteà apographis esse inserta: cùm verò in autographi defectu de apographorum vitio judicare non liceat, eáque tam pulchrè concordent, ut nullus sit suspicioni locus, hujus difficultatis talem reor institui posse conciliationem, ut credatur Ericus Rufus notam tum temporis tantùm nomine tenus Gronlandiam ex bonitate regionis, quam quoque nominis indicabat pulchritudo, popularibus suis ita commendasse, ut colonias illuc ducendi cupido ipsos incederet, quod & obtinuit; ut mox dicetur.

(z) E-

eus Röidi (i. e. Rufus) nominabatur vir ille Breidfiordensis, qui hinc illuc concessit, terrámque occupavit locô, qui posteà Eirici sinus nuncupatur. Ille ipse nomen dedit regioni (*) vocavítque Grænlandiam (i.e. viridem regionem), existimans pulchritudinem nominis citiùs illuc homines allecturam, qui eandem vellent terram incolere (z). Invenerunt ibi vestigia hominum tam in orientali quàm occidentali regionis parte, fragmenta scalmorum & lapides fabrefactos (a): unde haud obscurè liquet, ejus generis ibi vixisse homines, qui Vinlandiam (b) incoluerunt, à Gronlandis Screlingi (**) nominati. Regio autem incoli cœpta est quatuordecim vel quindecim

A.C.982.

A.C.986.

 cim

(z) Eôdem sensu *Landnama part. 2. Cap. 14.* Nec Ericum spes fefellit: nam ut locô citatô *Landnama* testatur, (Arium Thorgilsis filium, Nostrum scilicet, auctorem laudans) viginti quinque è tractu Biorgfiordensi & Breidfiordensi navigiis Islandorum comitatus ab Islandia solvit; non tamen omnibûs salvis rediit in Gronlandiam nihilominus indies pluribus incolîs auctam, maximè in Orientali regionis parte, vernaculâ *Austur-bygd* dicta.

(a) Lapicidarum scilicet opera.

(b) Est *Vinlandia* pars Americæ Septentrionalis, quam Gronlandi, Norvegi ex Islandia coloni, primi omnium Europæorum detegentes ita appellavêre, quòd vites ibi offenderint spontè nascentes; qua de re latiùs *Thorm. Torfæus in Hist. Vinlandiæ.*

(**) Quòd parvâ erant staturâ; aliàs quoq; *Smælingiæ* eadem de caussa Islandi eos appellarunt.

(c)

Cristni qvæmi her a Island, (c) *at thvi er sa taldi fyrir Thorkeli Gellissyni, a Grænlandi er sialfr fylgdi Eirike enom Rauda ut.*

VII. CAPITULE.

Fra thvi er Cristni kom a Island.

Olafr Konungr Tryggvasun, Olafssunar, Harallssunar ens Harfagra, kom Cristni i Noreg oc a Island: Hann sendi hingat til landz Prest, thann er het Thangbrandr, (d) *oc her kenndi monnom Cristni, oc skirdi tha alla es vid Tru toko. En Hallr a Sidu Thorsteinssun let skirasc snimhendis, oc Hiallti Skeggia sour yr Thiorsardali, oc Gizor enn Hviti Ketilbiarnarsun fra Mosfelli, oc marger Hofdingiar adrer; enn their voro tho fleiri es i gegn mælto oc neitto. Enn tha er hann hafdi her verid einn vetur eda II, tha for hann a braut oc hafdi vegit her II. menn eda III. tha er hann hofdo nidt* (e). *Enn hann sagdi*

(c) *Landnama* locô citatô ita loquitur: *Thad var fimtan vetrum fyrr enn Christni væri lögtekin a Islandi, (sumar Bækur segea atian vetrum.)* Hoc est: *Id contigit quindecim hiemes ante Christianismum in Islandia legibus receptum, (quidam libri dicunt octodecim hyemes).* Hæc Landnama. Liber Islandicus msc. chartaceus, qui in Regia, servatur Bibliotheca ponit XIV. annos.

(d) In Saxonia eum natum fuisse testatur *Oddus Monachus* in *Olafs-Saga, seu Historia Olafi Tryggvini, Norveg. Regis, Cap. 37.* edit. Reenhielmii. *Kristendoms Saga* dicit ipsum fuisse filium Vilballdi, Comitis Bremensis, *cap. 5. Theobrandum Flandrensem* pravè appellat *Theodoricus Monachus* à Kirchmanno editus. Erat autem Concionator aulicus (*Hirdprestar*) Olafi Tryggvini, ut eôdem capite *Kristendoms*

cim hyemes (i. e. annos) ante Christianorum huc in Islandiam adventum (c), prout relatum est Thorkeli Gelleris filio à quodam ipsius Eirici Rufi in Grönlandiam comite.

CAPUT VII.

De tempore introductæ in Islandiam Religionis Christianæ.

Olafus Tryggvinus Rex, nepos Olafi, filii Haraldi Pulchricomi, Norvegiam & Islandiam Religione Christianâ impertivit, quippe qui Presbyterum huc ablegavit, cui nomen Thangbrandus (d), qui Christiana hic dogmata primus tradidit, omnésque fidem amplexantes sacrô abluit lavacrô. Hallus autem de Sida, Thorsteini filius, protinus se fecit baptizari, deinde Hialtius Skegginus de Thiorsardalo, Gizorus Albus, Teiti filius, nepos Ketilbiorni è Mosfello, multíque primores alii; quamvis plures tum essent, qui huic doctrinæ refragarentur, fidémque negarent: cùm verò huic operi unô alteróve annô insudasset Thangbrandus, hinc regreditur, occisis prius, qui ipsum probris lacessiverant (e), duobus A.C. 999.

doms-Saga refert; quæ etiam de ejus in Islandia gestis legi potest *cap. 7. & 8.*

(e) Quod in textu est: *thar er hann hofdo nidt*; etiam verti potest: *qui famosô carmine illi*

agdi Konunginom Olafi, es hann com austur, allt that es her hafdi yfer hann gingit, oc let örvænt, at her munndi Cristni enn tacasc, enn hann vard vid that reidr mioc, oc ætladi at lata maida eda drepa ossa launda fyrer tha, es thar voro austur. (f)

Enn that Sumar et sama qvomo utan hedan their Gizor oc Hiallti (g), *oc thogo tha undan* (*) *vid Konungenn,*

illi illuserant. Oddus Monachus ita exprimit: *tha er i moti hofdo mællt*, i. e. *qui ipsi contradixissent*; quod tamen utrumque consistere potest: nam satis contradicit etiam, qui infami aliquem carmine traducit. Hîc quoque notandum, aliquot ante Thangbrandum annos Olafum Tryggvinum misisse ad convertendos Islandos *Stefnerum* quendam, ipsum natione Islandum, qui irritum suum laborem fore animadvertens, post confracta, ope novem suorum comitum, varia delubra idoláque, exiliô à popularibus multatus, ad Olafum remigravit. Ante Stefnerum popularis ejus *Thorvaldus Kodranius*, aliàs cognomine *Vidförla*, ut docet *appendix ad Landnam. p.* 181. (cui latè per Christianum orbem peregrinanti socium antea se dederat Stefner) primus omnium unà cum quodam è Saxonia Episcopo, *Friderico* nomine, Christianam religionem in patriam suam, successu tantùm non irritô, introducere satagit. De quibus uberiùs *Kristendoms Saga*, seu *Historia de Religionis Christianæ origine per Islandiam instituta, cap. 1. 2. 3. 4. 6. & 12.*

(*f*) Conf. *Kristendoms Saga Cap.* 10. & *Snorr. Sturlæi Chronic. in Vita Olafi Tryggvini Cap. 58. & 69.* ubi paria narrat. Exemplum affert *Sturlæus Cap. 28.* in Eyvindo maximis cruciatibus enecato, paterâ scil. quam ignitis & vivis carbonibus repleverant, ventri ejus admotâ, quòd Christianorum nollet sacris initiari: & *Cap. 86.* ubi de miserrima morte Raderi refert, quam, Eyvindi cruciatus multò excedentem, eadem ex caussa subiit. Nimirum tali conversionis mo-

duobus vel tribus viris. In Norvegiam verò delatus Regi Olafo, quæ hîc cunque pertulerat, narravit; addendô impossibile esse Christianam in hac Insula religionem unquam fore admittendam. Rex eapropter excandescens iráque æstuans, nostrates in Norvegia advenas partim membris truncandos, partim neci dandos cogitavit (*f*).

Qua quidem æstate hinc illuc trajicientes Gizorus & Hialtius (*g*) atque à Rege securitatem stipulantes (*), suum illi in promovenda hîc reli-

 gione

dô dudum in Saxonia usus fuerat Carolus M. qui etiam in sua *Capitulatione de partibus Saxoniæ* Cap. 7. statuit: *Si quis deinceps in gente Saxonum inter eos latens non baptizatus se abscondere voluerit, & ad Baptismum venire contemserit, paganusque permanere voluerit, morte moriatur.* Vid. *Philippi Labbei Concilior. collect. Tom. VII. p. 1132.* in collectione *Stephani Baluzii est Caput VIII. Tom. I. p. 251.*

(*g*) Cognomine *Skegginus* de prædio Thiorsardalo, gener Gizori; uterque à Thangbrando ad Christianismum perducti, ut nuper dixit Noster.

(*)Modernô stylô *Salvi conductûs* literis muniti dicuntur, quibus de pace & securitate à Rege cavetur: talibus Gizorum quoque & Hialtium provisos fuisse nullus ambigo, nè scilicet imminenti advenis Islandis malo ipsi innocentes (Christianam enim hi fovebant religionem) involverentur. Aliàs veterem eámque notabilem pacis publicæ securitatísque cavendæ formulam ex *Gretla* seu Gretteri historia decerptam exhibet *Ol. Wormius in Lexic. Runic. p. 44. seqq.* & ex eo *Resenius* in *præfat. ad Gudmundi Andreæ Lexicon Islandic. p. 3. seqq.*

genn, oc heto honom umbſyslo ſinni til, a nyia læic, at her yrdi enn vid Criſtninni tecit, oc leto ſer eigi annars von, enn that mundi blyda.

Enn et næſta ſumar foro their auſtan, oc Preſtr ſa es Thormodr het, (h) *oc quomo tha i Veſtmannaeyiar, es X. vicur voro af ſumri, oc hafdi allt fariſc vel at. Sva kvad Teitr thann ſegia, es ſialfr vas thar. Tha vas that mælt et næſta ſumar adr i Logom, at menn ſcylldi ſva coma til Althingis es X. vicur væri af Sumri, enn thangat til quomo vicu fyrr.*

Enn their foro thegar inn til meginn lannds, oc ſidan til Althingis, oc goto at Hiallta, at hann vas epter i Laugardali, med XII. mann: af thvi at hann hafdi adr ſecr ordit Fiörhaugs madr (i), *&* *næſta Sumar, a Althingi, of Godgo; enn that vas til theſſ haft, at quad at Logbergi Quidling thenna* (k):

Vil ec eigi God (l) *geyia,*
Græi thyker mer Fraija.

Enn

(h) Hujus quoque meminit *Theodoricus Monachus Hiſtor. Norveg. Cap. 12.* & *Kriſtendoms Saga Cap. 11.*

(i) De vocabulo *Fiörhaugs madr*, quod eſt in Textu, Vid. *Indic. Voc. antiqv.*

(k) Mutilum hoc carmen affert Noſter, etiam *Kriſtendoms Saga, Cap. 9.* quod plenius legitur apud *Oddum Monachum* in *Olafs Saga Cap. 37.* Unde quod hîc deeſt, ita poteſt ſuppleri:

Ai man annat tviggia,
Odin grai edr Friggia.
Id eſt:
Semper unum ex alteris erit,
Odinus canis aut Frigga.

Gudmundus Andreæ in *Lexico Islandico*, quod *P. Reſenius* edidit, voce *Tveir*, ex *Niala*, & quidem, ut ait, manuſcripto bene antiquo, totum carmen ita exhibet ac interpretatur:

Hyrdeg eigi god geygia,
Grey thyke mier Freya:

Avallt

gione Christiana promisere auxilium, in quo negotio optimum se sperare successum ajebant.

Proximè sequenti æstate in Islandiam remearunt, assumto secum Sacerdote, cui nomen Thormodus *(h)*, exactísque decem eadem æstate hebdomadibûs, ad Vestmannicas insulas, salvis rebûs suis, appulerunt: fidem fecit Teitus, hæc cum sibi narrasse', qui ipse hujus itineris socius fuisset. Cùm verò superiori annô legibus fuisset cautum, incolas decimâ quaque ab æstatis initio hebdomade ad Comitia ituros, jámque Comitiorum tempus unâ hebdomade veterem morem præverteret. An. Chr. 1000.

Illi in continentem extemplò se contulêre, Hialtio ex ipsorum consilio in prædio Laugardalo cum duodecim viris remanente; quippe qui proximè præteritâ æstate ideò exul *(i)* fuerat declaratus, quòd in Deorum ludibrium publicis in Comitiis hoc cecinisset probrosum carmen (k): *Vil ec eigi &c.* id est:

Nolo ego idola *(l)* allatrare,
Canis mihi videtur Freia.

I 2 Cum

Avallt mun annat tveggla
Odinn grey edr Freya.
Id est:
Non curo si Numina Ethnica
sunt infesta,
Caniculam existimo Venerem:
Semper erit alterutrum,
Othinus canis aut Venus.
(l) Conf. *Indic. voc. antiq.* in *Godr.* (*) Se-

Enn their Gizor foro unz their quomo i ſtad thann i hia Olfoſſ-Vatni, er kalladr es Vellan-Katla, oc gerdo ord thadan til Things, at a mot theim ſcylldi coma aller fúll-tings-menn theirra: af thvi at their haufdo ſpurt, at And-ſkotar theirra villdi veria theim vigi Thingvællenn. Enn fyrr enn their færi thadan, tha com thar ridandi Hiallti, oc their er epter voro med honom. Enn ſidan ridu their a Thingid, oc quomo adr mot theim frændur theirra oc Viner, ſem their hofdo æſt; enn ener Heidnu menn hurfu ſaman med Alvæpni, oc hafdi ſva nær, at their myndi beriaſc, (*) *at eigi offaa a midli.*

Enn annann dag epter gingo their Gizor oc Hiallti til Logbergs, oc boro thar upp erendi ſin; enn ſva er ſagt, at that bæri fra, hve vel their mæltu. Enn that gerdiſc af thvi, at thar nefndi annar madr at odrom vatta, (**) *oc ſogduſc hvarer ur logom vid adra, ener Criſtno menn oc ener Heidno,* (m) *oc gingo ſidan fra Logbergi.*

Tha

(*) Sequentia in Textu verba usque ad *midli* deſunt in omnibus, quas vidi, exemplaribus editionis Islandicæ *Theodori Thorlacii*; verùm ex apographo quodam manuſcripto ſunt reſtituta, præunte, ni fallor, ipſô authographô.

(**) Conſule dictum *Indicem*, voce *Vöttr.*

(*m*) Hoc fieri quidem ſolebat, poſthabitô etiam ſanguinis reſpectu: publicâ enim lege dudum erat ſancitum, Deorum inſectatores pœnam exilii manere, tenerique propinquos in quarto

Cum reliquis verò Gizorus ad locum Stagno Olfoss-vatni proximum, Vellan-katla dictum, perrexit, illinc ad Comitia nuncium miserunt, rogantes, ut ipsis in auxilium quantocyùs omnes properarent amici, quippe inaudiverant fore, ut inimici sui armatâ manu à Comitiis illos repellerent. Priùs verò, quàm loco moverent, Hialtius cum relictis sociis improvisò eques adfuit, inde ad Comitia pergentes habuerunt obviam quos desideraverant cognatos & amicos. Ethnici verò armatos se stiterunt, nec multum abfuit, quin in mutuum proruissent conflictum. (*)

Insequenti autem die Comitia adierunt Gizorus & Hialtius, ut negotiis suis prospicerent, prolatísque in medium quæ expedirent, facundissimâ, ut dicitur, oratione adstantes allocuti sunt. Inde factum est, ut testibûs (**) jam ab unâ jam ab altera parte prolatis, mutuæ Societati invicem renunciarent Christiani & Ethnici (m), indéque Comitiis se subtraherent.

 Ro-

quarto gradû & propiori reos persequi, utpote familiâ indignos, ideóq; eliminandos: quippe hisce sacris sanguinis nexum solvi autumabant, id quod unô verbô *Frandaſion*, i. e. cognationis divortium appellârunt; ut ex antiquitatibus refert *Torfæus Hiſt. Norveg. part. 2. lib. 9. Cap. 6.* Conjugalem tamen amorem, filiorúmve pietatem ob religionis dissensum tolli non debere existi-

Tha bödo ener Criſtnn menn Hall a Sido, at hann ſcylldi Log theirra uppſegia, thau es Criſtnenne ſcylldi fylgia. Enn hann leyſtiſc thvi undan vid tha, at hann caypti (n) *at Thorgeri Logſogo manni,* (o) *at hann ſcylldi uppſegia, enn hann vas enn tha heidenn.*

Enn ſidan es menn quomo i buder, tha lagdiſc hann nidr Thorgeir, oc bræiddi ſelld ſinn a ſic, oc hvilldi thann dag allann, oc nottena eptir, oc kvad ecki ord. (p) *Enn of morgonenn epter ſettiſc hann upp, oc gerdi ord, at menn ſcylldi ganga til Logbergis. Enn tha hof hann Tolo ſina upp, es menn quomo thar, oc ſagdi: at honom thotti tha comit hag manna i onytt efni, ef menn ſcylldi eigi hafa allir Log æin a Landi her, oc taldi fyrir monnom a marga vega, at that ſkylldi eigi lata verda; oc ſagdi, at, thad mundi at thvi oſætti verda, es viſa von vas, at thær Barſmider gerdiſc a midli manna, es landed*

existimabant gentiles, ut ex inscriptionibus liquet sepulcralibus Runicis, quas promit *Verelius in Not. ad Hervarar Saga pag.* 101.

(n) *Oddus Monachus* narrat Hallum pendisse Thorgeiri sexaginta uncias argenti; quinquaginta tantum uncias computat *Kristendoms Saga Cap.* 11. ubi totum hoc in stabiliendo Christianismo negotium egregiè illustratur.

(o) Hic est *Thorgeir* ille *de Liosavatni*, Nomophylax, cujus meminit *Noster Cap. 5. fin.* In *Landname part. 3. Cap. 15.* & *Kristendoms Sogu* Cap. 11. nominatur *Thorgeir Godi*, ni fallor, quòd certæ in Islandia ditioni talis esset præfectus, qualis hodie Islandis dicitur *Syslu mann.* Vid.

Rogarunt tum temporis nonnulli Chriſtiani Hallum de Sida, vellet leges Chriſtianismo proficuas ferre. Verùm ille hoc negotium declinans, datâ pecuniâ (*n*), Thorgeirem Nomophylacem (*o*) eò perduxit, ut, quamvis ethnicus, hoc tamen oneris in ſe ſuſciperet.

Poſtquàm verò domum vel ad tabernacula ſua ſinguli ſe recepiſſent, Thorgeir lectum petiit, ac ſtragulo ſuo ſe involvens, totam illam diem noctémque inſequentem quieti ſe dedit, ne verbulum quidem interim proferens (*p*). Proximô autem die aſſurgens juſſit, ut freqvens in Comitiis adeſſet concio, (*) cúmqve ingens conveniret hominum freqventia, hoc modô eos affari

Vid. *Indic. voc. Antiqv. in Godr.*

(*p*) Scilicet is veteribus mos erat, ut ſi quæ majoris momenti res occurreret, & ambigua difficultatibúsque implicita, unum alterúmque diem lecto ſe abderent ad captandum per quietem & ſomnum ſaluberrimum iſtâ in re conſilium, quod deinde maturè executioni dabant; ejusmodi inter alia Exemplum in Hacone, Comite Hladenſi ſuppeditat Hiſtoria Norvegica, quem cùm Haraldus Cærulidens, Daniæ Rex, in cauſſa Gull-Haraldi, fratris filii conſuleret, Holſatiam ſcilicet, ut juſtam relictámque à Patre Knuto Dana-aſt hæreditatem expetentis, Comes, ſimulato morbô, lecto ſe dedit, indéque Regi poſt aliquot dies ſe ut ægrum inviſenti conſilium impertivit ſatis aſtutum. *Vid. Torfæi Hiſt. Norveg. part. 2.* Sic Thorgeir plenum conſilii & prudentiæ opus hîc peregit.

(*) Conf. *Kriſtendoms Saga Cap. 11.*

(*q*)

ded eyddisc af. Hann jagdi fra thvi, at Kunungar, ur Norvegi, oc ur Danmorko, hofdo haft ofrid oc orrostor a midli sin, langa tid, til thess unz Lannzmenn gerdo frid a midli theirra, thott their villdi eigi; enn that rad gerdisc sva, at af stundu sendusc their gersemar a midli, enn tha hellt fridr sa medan their lifdu. (q) *Enn nu thycker mer that Rad, quad hann, at ver latom oc eigi tha rada, er mest vilia i giegn gangasc, oc midlom sva mol a midli theirra, at hverer tvegio havi nacqvart sins maals, oc hovom aller ein Log oc æinn Sid: that mun verda satt, es ver slitem i sundr Loginn, at ver monom slita oc fridenn. Enn hann lauc sva mali sino, at hvarer tveggio jotto thvi, at allir scylldi ein Log hava, thau sem hann redi upp at segia. Tha vas that mællt i Logom, at aller menn scylldi Cristner vesa, oc Scirrn* (r) *taca, their er adr voru oscijrder a Landi her; enn of Barna-ut-*

(q) Cl. *Torfæus* ait se nullibi aliàs hæc legisse, nec qui isti Reges fuerint, agnovisse, *part. 2. Hist. Norveg. lib. 9. Cap. 36.* Verùm in *Kristendoms Sogu Cap. 11.* clarè nominantur; *Dagus* scil. in Dania Rex; & *Tryggvius* in Norvegia.

(r) Habebant quidem Ethnici ante sacra Christiana orbi terrarum illata quandam Baptismatis vel lustrationis per aliquam speciem, cui conjuncta erat nominis impositio pueris facta, id quod ex Edda Sæmundi in *Runa Capitule Stropha 21. Chronico Norveg. Snorr. Sturlæi in Vita Haraldi Pulchricomi, Cap. 40.* etiam *Olafi Tryggvini vitâ Cap. 1. & 48. Landnama part. 5. Cap. 6.* àlisque veterum monumentis constat, nec aliis nationibus in gentilismo hic mos defuit; unde ad *Bonifacium*, Germanorum

fari orſus eſt: prævidere ſe imminentem Reipublicæ perniciem, niſi unâ cuncti cives lege vive rent; multisqve rationibus evincere ſategit, ut consentirent auditores: addidit prominari alioqvin discordias & civilibus bellis anſam dari, adeò ut vaſtatæ exinde inſulæ mera demum ſolitudo induceretur. Nec ſiluit Reges Norvegiæ perinde ac Daniæ bella freqventer reciprocâſſe longo temporis tractu diſcordes, usque dum, ipſis etiam invitis, ſubditi utrinque pacem conderent, adeò quidem obnoxiam, ut invicem pretioſiſſima deinde munera miſerint, nec niſi cum utriusque morte finierint (q). Jam mihi hoc conſultius videri, ait, ne rebus præficiamus eos, qui mutuò diffident, verùm potiùs ita eos conciliemus, ut utrique parti aliquid detur, omnes tamen eodem jure iisdémque moribûs gaudeant: Hoc enim certô eſt certius, quòd ſi Legem diſcerpamus, pax etiam conculcetur, opus ſit. Hiſce dicendi finem cùm feciſſet, in ejus ſententiam manibûs pedibúsque itum eſt, promittentibûs ſingulis, illam velle ſe legem amplecti, quam ipſe conderet. Tum in leges fecit referri, omnes totius regionis incolas debere Chriſtianos fieri, atque ſacrâ lymphâ nondum ablutos Baptismum (r) protinus ſuſcepturos: de infantum verò expo-

na-utburd ſcylldo ſtanda en forno Log, oc of Hroſſa-kjötz aat (s); *ſcylldo menn blota* (*) *a laun ef villdo, enn varda fiörbaugs-gardr, ef vottom ofquæmi vid. Enn ſidar ſom vetrom var ſu Heidni afnumen, ſem omnor. Thenna Atburd ſagdi Teitr oſſ, at thi er Criſtri com a Island.*

Enn Olafr Tryggva ſun fell & ſama Sumar, at ſogo Sæmundar preſtz (t). *Tha bardiſc hann vid Svein Haralldſun*

rum & Friſiorum Apoſtolum, etiam *Winfridum* nominatum, ita reſcripſit *Gregorius II. Papa Epiſt.* 122. ubi: *Quos*, inquit, *à paganis baptizatos aſſeruiſti, ſi ita habetur, ut denuo baptizes in nomine Sanctæ Trinitatis, mandamus.* Verùm illa gentilium baptiſmata erant tantùm ſimplicia lavacra, in quibus caro quidem lavabatur, reatus verò non eluebatur. De Baptiſmo Ethnicorum egregiè commentatus eſt *Otho Sperlingius* noſtras. De Proſelytorum apud Hebræos Baptiſmo egit *Seldenus in lib. de Jure Nat. & Gent. juxta diſciplin. Hebræor.*

(*s*) Scilicet apud Septentrionales ethnicos hic mos invaluit, ut infantes, ſi plures darentur quàm alere & enutrire poſſent, exponerent ac abjicerent, imò vivos ſepelirent; carnéque equinâ veſcerentur, nulli alioquin futurâ uſui. Conf. *Landnama part.* 5. *cap.* 6. *Oddus Monachus in vita Olafi Trygguini cap.* 37. *v.* 140. *Snorr. Sturlæi Chron. Norveg. in vita Olafi Sancti, Regis, cap.* 56. Verùm binos hos articulos, inter alios Chriſtianæ profeſſioni adverſantes, demum antiquavit ac legibus eximi juſſit Olafus Craſſus Rex, qua de re ad Skaptium Thoroddi filium, tum temporis Islandiæ Nomophylacem (cujus Noſter inferiùs Cap. 8. meminit) An. 1017. miſit, ipſe auctor Juris Canonici ſeu Eccleſiaſtici, quod *Kriſtinn Rettr* appellatum ex ſententia Grimkelis Epiſcopi Sacerdotúmque & aliorum Sapientum conſiliô, ad exſtirpandum Ethniciſmum morésq; pravos

ſitione & carnis equinæ eſu è præſcripto veterum legum jus eſſet (*s*): qui Diis ſacrificare (*) vellent, poſſent id quidem occultè facere, ſi verò hac de re teſtibus convincerentur, exilii pœna ipſos maneret. Verùm paucas poſt hyemes ethnicos hoſce, alióſque pravos mores abrogatos conſtat. Hanc Chriſtianæ in Islandia religionis originem Teitus nobis retulit.

Olafus Tryggvinus autem eôdem annô mortem oppetiit ſecundum Sæmundi Presbyteri narrationem (*t*), pugnando ſcilicet cum Sveino Haraldi A. C. 1000.

raldi

pravos Chriſtianæ pietati refragantes, condidit. Si rectè meminerim, (libris enim hîc deſtituor) eſt etiam de his peculiare caput in *Legibus Ecclesiaſticis Canuti Magni* à Spelmanno editis. Vide aliàs quæ de carnis equinæ eſu interdicto eruditè diſſerit *Nobil. Jo. Geo. Keyslerus in antiqvit. ſelectis Septentrionalib. & Celticis à pag.* 322. *ad* 340.

(*) Vid. *Lexic. voc. antiqv.* voce *Blota*, ubi de Septentrionalium Sacrificiis nonnulla obſervantur.

(*t*) Cùm Olafus Tryggvinus in navali ad Svoldurem (Grypsvaldiam intelligunt nonnulli) & acri prælio de victoria non poſſet non deſperare, è prætoria navi præcipitem ſe in mare dedit. Quid exinde de eo factum ſit, variant Hiſtorici; quos inter ſunt qui produnt, multos pòſt annos in Syria viſum fuiſſe ſenecionem & Monachum. Conſulantur ejus vitæ Scriptores. Num verò Noſter hîc præſentem Sæmundi Presbyteri narrationem, an ſcriptam intelligit, id meum non eſt decernere. Hoc conſtat, nihil hodie ſupereſſe Hiſtoriarum, quas Sæmundus ſcripſiſſe creditur. Conf. ſuperiùs dicta in *not. ad Prologum*, pag. 4.

(*u*) In

rallſſun Dana-Konung; *oc Olaf enn Sænſca* (u), *Eirics-ſun*, *at Uppſolum*, *Svia-Konung*; *oc Eiric* (*es ſidan vas Jarl ät Norvegi*) *Haconar* (x) *ſun* (y). *That vas CXXX. vetra epter drap Eadmundar*, *enn M. epter Burd Criſtz*, *at Althydo tali* (z).

VIII. CAPITULE.

Fra Byſcopum utlendum.

Theſſi ero Nofn Byſcopa theirra, *es verid hafa a Islandi utlender*, *at ſogo Teitz*: *Fridrecr* (a) *com i Heidni her*;

(*u*) In textu cognomen eſt *Sænska*, quod crebrò in membranis occurrit, conſtanter *Svecum* denotans; quippe à voce *Svenskr* hæc vox eſt formata, literâ *v* ſcilicet ante vocalem eliſâ. In Hervarar ſaga legitur *Olaf Svenska*, quod *Olaum Sueonem* vertit Verelius. Eſt aliàs ipſi cognomen apud Hiſtoricos *Skautkonungr*, quòd puer Rex Sueciæ factus in Matris gremio ſederet: *Skaut* enim gremium denotat; Svecis hodieq; Skiøt, Danis Skiød: quam etymologiam quoque confirmat *Hervarar Saga*. Pravè igitur nonnullis vocatur *Skotkonnung* aut *Skatkonning*, quòd Romano Pontifici tributum *Romſkot* dictum conceſſerit; de quo tributo tamen altum eſt apud veteres ſilentium.

(*x*) Mali ſcilicet, aliàs *Hlade-jarl* dicti, à villa *Hlade* quam inhabitavit, in Nidroſienſis urbis confinio.

(*y*) Sublatô in navali pugna Olafô Tryggvinô, Norvegiam inter ſe diviſerunt victores: Sveinus *Tiugguſkeg*, i. e. furcatæ vel admorſæ barbæ, Rex Daniæ, filius Haraldi Cærulidentis, nepos Gormii Grandævi, Daniæ Regum; Olafus Skaut-konungr, Rex Sveciæ, privignus dicti Daniæ Regis Sveini; & Ericus poſtea factus ſuæ in Norvegia ditionis Comes, ut in *Hiſt. Norveg.* traditur ampliùs.

(*z*) Conf. finem *Cap.* 10. inferiùs. Ex utroque hoc loco conclu-

raldi filio, Daniæ Rege; Olafo Sveone (u), filio Erici Upsalensis, Svecorum Rege; Erico quoque Haconis (x) filio, posteà in Norvegia Comite (y). Contigit hoc annô post cædem Edmundi centesimo trigesimo, post natum Christum millesimo, secundum computum vulgarem (z).

CAPUT VIII.

De Episcopis alienigenis.

Nomina hæc sunt Episcoporum extraneorum, qui in Islandiam sunt profecti, secundum Teiti narrationem: Islandis nondum in Christiana institutis religione, verùm adhuc Ethnicis, venit Fridericus (a), cui successerunt Bernhar- A.C. 901.

 dus

concludere licet, Arium quoq; animadvertisse, vel saltem ei non ignotum fuisse æræ Dionysianæ defectum, quem docti viri jamdudum deprehenderunt detexeruntque. Hujus æræ nomen est ab auctore Dionysio Exiguo, Monacho, qui seculô sextô floruit, ac tempora à Christo nato pietati convenientiùs supputare incepit, cùm antea ab Imperatorum initiis aut aliis rebus gestis numerarentur. Notandum etiam ex allegatis illis locis patescere, veteribus usitatam hodieque secundum annos Christi computandi rationem haud fuisse incognitam, cùm aliàs per *hyemes* & *æstates* computaverint, quod alibi passim Arius quoque fecit, & post eum qui Septentrionales historias scripserunt alii.

(a) *Codex Flateyensis*, in Regiam Bibliothecam illatus, adventum Friderici Episc. in Islandiam ad an. 901. & aliô locô, insigni aberratione ad ann. 800. refert.

her; Enn thesser voro sidan: Biarnhardr enn Bocvisi (*) *V. or; Colr* (⁎) *so or; Hrodolfr.* (**) *XIX. or; Jauhan enn Jrski* (***) *so or; Biarnhardr* (⁎*⁎) *XIX. or; Heinrecr II. or; Enn quomo her adrer. V. their ed Byscopar quodusc vesa: Ornolfr oc Godiscolcr* (⁎*); *oc III. Ermskir* (†), *Petrus oc Abraham oc Stephanus.*

Grimr, at Mosfelli (b), *Svertingssun toc Logsogo epter Thorgeir, oc hafdi ij sumor; enn tha fecc hann Lof til thess, at Scapti Thoroddssun hefdi systorsun hanns, af thi at hann vas haasmælltr sialfr. Scapti hafdi Logsogo XXVII. sumor; Hann setti simtardoms-Log* (c); *oc that eingi*

---

refert. Erat is è Saxonia, atque Thorvaldi Kodranii, aliàs Vidförla dicti, in propagando apud Islandos Christianismo adjutor strenuus. Vide ad *Caput* 7. *Not.* (*e*).

(*) Anglum eum fuisse & è consilio Olai Sancti in Islandiam esse profectum, ex *Hungervaka*, seu veteri *de Islandiæ Episcopis libro*, refert *Appendix Landnamæ p.* 181.

(⁎) Hunc primum fuisse in Islandia Episcopum, adjuvante Hallô de Haukadalo; atque in Skalaholto sepultum, ex *Hungervaka* docet eadem *Appendix Landn. l. c.*

(**) Dictus est hic Episcopus aliàs *Ulfr*, & quòd è Ruduburgo in Anglia esset, *Ruda-Ulfr*, vel *Hrodolfr.* Vid. *Landnam. part.* 1. *Cap.* 16. & ex *Hungervaka* ejusd. *Appendix p.* 182.

(***) Saxonem eum fuisse asserit dicta *Appendix ad Landnamam pag. cit.* Verùm Islandum cum Nostro eum facit *Hungervaka*, quem etiam in Vinlandiam esse profectum, ubi Christianismum docuit, sed tormentis postea affectum & occis

dus (*) Librorum peritus, qui ſubſtitit quinque annos, Colus (∗), qui paucos; exinde Rudolphus (**) novendecim, Johannes Hibernus (***) paucos annos, Bernhardus (∗*∗) novendecim, Henricus verò duos annos hîc ſedem habuêre, præter quinque alios, Epiſcopali ſe jactantes titulô, puta Ornolfum, Godiſcolcum (∗*) & tres Armenos (†); Petrum, Abrahamum & Stephanum.

Nomophylacis officiô poſt Thorgeirem binis æſtatibûs (i.e. bienniô) functus eſt Grimus Moſfellenſis (*b*), Svertingi filius, quod propter ingraveſcentem raucorem Sororis ſuæ filio Scaptio Thor-oddino, impetratâ prius veniâ, reſignavit. Scaptius huic muneri præfuit annos viginti ſeptem: tulit is de judicio quinario (*c*) legem, utque in- A. C. 1001. A. C. 1003.

occiſum tradit, teſte eadem *Appendice*.

(∗*∗) De hoc Bernhardo lege dictam *Appendicem l. c.* cum in eo ſit prolixior.

(∗*) *Skolkus* nominatur in *Appendice ad Landnamam p.* 181. ubi etiam præmittitur quidam Noſtro omiſſus Epiſcopus alienigena, *Gudi* dictus. Verùm Ario magis fidendum reor, & irrepſiſſe in appendicem illam errorem, vel ipſius auctoris vel typographi, ut ex uno *Gudiskolko* bini emerſerint Epiſcopi, *Gudi* & *Skolkr*.

(†) Pro III. *Ermſkir* Arii *Appendix* illa ad *Landnamam* p. 181. ponit: *Ibrir af Armenia*, h. e. *tres ex Armenia*.

(*b*) *Theod. Thorlacius* hîc annotat, aliàs *Gunnari* nomen ipſi fuiſſe.

(*c*) Conf. ſupr. *Cap. 5. notam (x)*.

Hîc

eingi vegandi scylldi lysa vig (d) *a hendur odrom manni enn ser; enn adr voro her slic Log of that, sem i Norvegi* (e). *A hanns dogom urdo marger Hofdingiar oc Rikismenn secer eda landflotta, of Vig eda Barsmider, af Rikis-socom hanns oc Landstiorn. Enn hann andadisc a eno sama aari oc Olafr enn Digri fell, Harallssun, Godrodarsunar, Bearnarsunar, Harralls* (f) *ens Harfagra, XXX. vetrom sidar enn Olafr felli Tryggvasun* (g). *Tha toc Steinn Thorgestessun Logsogo, oc hafdi III. sumor; Tha hafdi Thorkell Tiorvasun XX. sumor; Tha hafdi Geller Bolvercs* (h) *sun IX. sumor.*

IX.

Hic monendum quoque, fuisse in Islandia juramentum legale, quod *Fimtardoms Eid* dicebatur, cujus meminit *Appendix ad Landnamam*, p. 180.

(*d*) Scilicet non clanculum & more sicariorum patrati, sed palam & militari more; quô casu antiquatæ Islandorum perinde ac Norvegorum Leges statuêre: *Si quis homicida pacem vult impetrare, ternis vicibus se auctorem cadis pronunciet eôdem die quô hominem percussit.* Id ni fieret, nullæ conciliationi locus erat, verùm capite pensabatur hoc delictum, ut voluntarium, de quo in Canuti M. legibus Cap. 93. est sancitum: *Homicidium voluntarium nullô pretiô emendabit.* Conf. quæ annotat *Gudm. Andrea ad Voluspä*, secundæ editionis *pag.* 98.

(*e*) Conf. superiùs de Gulathingensibus Norvegorum Legibus per Ulfliotum in Islandiam traductis *Cap.* 3. & quæ ibidem de Norvegicis Legibus annotata sunt.

(*f*) Hîc vox *Sonar* subintelligenda est, quæ à textu abest, ellipsi Islandis perquàm familiari.

(*g*) Conf. superiùs *Cap.* 7.

in publicatione homicidii (*d*) nullus homicida alium quàm ſemetipſum reum venditaret: In hiſce verò anteà noſtræ leges Norvegicis planè erant conformes (*e*). Ea tempeſtate plures proceres primoréſque partim morte partim exiliô ſunt multati, ídque vel ob homicidia patrata, vel inflicta armîs vulnera & plagas: erat enim ejus imperium rigidius & ſeverius. Obiit autem eôdem annô, quô occiſus eſt Olafus Digri (i. e. Craſſus) Haraldi filius, Godrodi nepos, Biorni pronepos, abnepos (*f*) Haraldi Pulchricomi, triginta ſcilicet annos poſtquàm cecidit Olafus Tryggvinus (*g*). A. C. 1030.

Succeſſorem in Nomophylacis officio habuit Steinum Thorgeſti filium, qui tres annos; A. C. 1033. inde Thorkell Tiorvii filius viginti annos; & A. C. 1036. poſt hunc Geller Bolverki (*h*) filius novem annos, A. C. 1056. huic muneri præfuêre.

L CAPUT

(*h*) Vetuſtum hoc nomen eſt, unúmque ab Aſis in Septentrionem introductorum, quippe quod in *Havamal*, ſeu *Ethica Othini*, ſtropha 98. occurrit. Compoſitum eſt ex *Böl*, moleſtia, anguſtia, res adverſæ, & *verkr*, operarius, quaſi moleſtiæ operarius, niſi fortè, qui cum dolore operatur. Vide *Eddæ mythol.* 62. de Odino mulſum Poëticum petituro.

(*i*) Pro-

IX. CAPITULE.

Fra Isleifi Byscopi.

Isleifr Gizorarsun, ens Hvita (i), *vas vigdr til Byscops* (*) *a dogom Haralls* (k), *Norvegs Konungs, Sigurdar sunar, Halfdanar sunar, Sigurdar sunar Hrisa, Harallssunar ens Harfagra. Enn es that so Hofdingiar oc goder menn at Isleifr vas miklo nytri, enn adrer Kennemenn, their es a thvisa Lanndi voro nædi; tha selldo bonom marger sono-sina til læringar, oc leto vigia til presta. Their urdu sidan vigder II. til Byscopa, Collr er var i Vic* (l) *austr, oc Joann* (m) *at Holom.*

Isleifr atti III. Sono (n); *their urdu allir Hofdingiar nyter, Gizor Byscop* (o), *oc Teitr Prestr* (p), *fader Halls,*

(*i*) Promotoris scilicet fundatæ in Islandia religionis Christianæ, de quo Noster superiùs *Cap. 6.*

(*) Erat is primus, & quidem totius Islandiæ Episcopus, ab Adalberto, Archiepiscopo Bremensi ordinatus. Pater eum adolescentem Erfurtum in Saxonia miserat, ut ibi Scholam frequentaret, teste *Kristendoms Soga Cap. 12.* & *Appendice ad Landn. pag. 175.* Verùm enim verò quod *Cap. 4. in princ.* de Adalberto seu Albrechto, Bremensi Episcopo narrat *Kristendoms Saga*, illum tempore Haraldi Gormii filii (Dan. Regis) Arhusiensem in Jutia consecratum fuisse Episcopum; id falsum est, & contra omnium Historicorum fidem.

(*k*) Cognomentô *Hardraade* i. e. Strenuus, vel imperiosus, qui in Anglia bello occubuit.

(*l*) In *Kristendoms Saga Cap. 12.* dicitur *Kolr Vikveria Biscop.*

(*m*) De quo inferiùs *Cap. 10.*

(*n*) Ex Dallâ Thorvaldi filia, quam ante susceptum Episcopatum

CAPUT IX.
De Isleifo Epiſcopo.

Isleifus, Gizori Albi (*i*) filius, ad Epiſcopalem dignitatem evectus eſt (*), Norvegiæ faſces tenente Haraldo Sigurgi Norvegiæ Regis filiò (*k*) cui avus erat Halfdanus, proavus Sigurdus Hriſius, atavus Haraldus Pulchricomus. Cùm verò viderent Proceres & Primicerii regionis multò magis idoneum fuiſſe Isleifum aliis hujus regionis viris eruditis, multi ſuos ipſi liberos in diſciplinam tradidêre, quos deinde in Presbyteros fecerunt ordinari, è quibus duo poſteà Epiſcopi ſunt conſtituti, nempe: Collus Vikenſium in Norvegia (*l*), & Joannes (*m*) Holenſium (*in Islandia*). A. C. 1056.

Tres Isleifo erant filii (*n*), omnes egregii (regionis) magnates; ſcilicet Gizorus, Epiſcopali dignitate conſpicuus (*o*), Teitus Presbyter (*p*), pa-

 ter

tum duxerat, ut refert *Kriſtendoms Saga Cap.* 12.

(*o*) Erat Gizorus ſecundus Epiſcopus conſecratus Islandiæ, omnium ordinum in ea Inſula magnificentiſſimus, de quo Haraldus Strenuus, NorvegiæRex, hoc tulit judicium: ad tria ſatis aptum eum fuiſſe, ut vel Regem ſeu terræ præfectum ageret, vel belli Ducem, vel Eccleſiarum antiſtitem. Conf. *Arngr. Jona Tr. de Islandia.*

(*p*) In *Kriſtendoms Sogu* loco cit. nominatur *Teitr hinn margfrodi*, i. e. excelſi animi, magnanimus. Noſter eum *Spacaſlann*, i. e. ſapientiſſimum vocat ſuperiùs *Cap.* 1.

(*q*) Bol-

Halls, oc Thorvalldr. Teit fæddi Hallr i Haukadali, sa madr es that vas almælt, at milldastr væri oc agæstr at godo, a Landi her, olærdra manna.

Ec kom oc til Halls VII. vetra gamall, vetri epter that es Geller Thorkelssun, fodor fader minn oc fostri, andadisc, oc vasc thar XIIII. vetur.

Gunnar enn Spaki hafdi tecit Logsogo, tha es Geller (q) *let af, oc hafdi III. Sumor. Tha hafdi Colbeinn flosasun VI. That sumar er hann tok Logsogo, fell Haralldr Konungr* (r) *a Englandi. Tha hafdi Geller i annat sinn III. sumur. Tha hafdi Gunnar i annat sinn I. sumar. Tha hafdi Sighvatr Surtsson, systorson Colbeins, VIII. A theim dogom com Sæmundr Sigfusson sunnan af Fraclandi hingat til lanndz, oc let sidan vigiasc til Prestz* (s).

Isleifr vas vigdr til Byscops, tha es hann vas fimtogr. Tha vas Leo Septimus Pave. Enn hann vas enn næsta vetr i Norvegi, oc for sidan ut hingat. Enn hann andadisc i Skalaholtti, tha es hann hafdi alls verit Byscop IV. vetur oc XX. Sva sagdi Teitr oss. That

(q) Bolverki filium, de quo supra *Cap. 8. in fine.*

(r) Scilicet Strenuus, Norvegiæ Rex, de quo superius.

(s) De hoc vide *Notas in Prologum.*

(t) Ter-

ter Halli (*junioris*) & Thorvaldus. Teitum educavit Hallus in Haukadalo, quem omnes ut beneficentissimum ita & bonitate celeberrimum præ omnibus hujus insulæ laicis prædicabant.

Ipse etiam in Halli familia vivere cœpi annos natus septem, exactô scilicet unô annô à morte A. C. 1057.
Gelleris, Thorkelis filii, avi mei paterni & nutricii, ibique quatuordecim annos commoratus sum.

Post Gellerum (*q*) Nomophylacis adiit offi- A. C.
cium Gunnar Sapiens, id quod triennium admi- 1065.
nistravit, successorem nactus Colbeinum Flosii A. C. 1068.
filium, qui sex annos idem direxit, admotus illi eô ipsô, quô cecidit in Anglia Rex Haraldus, an- A. C.
nô (*r*): Inde iterum id muneris suscepit Geller, 1074.
qui triennium præfuit; tum resumsit illud Gun- A. C.
nar, & in annum tenuit, succenturiato ipsi per o- 1077.
ctennium Sighvatô Surtii filiô, Colbeini ex soro- A. C. 1078.
re nepote. Hac tempestate ab austro, & quidem è Francia, huc appulit Sæmundus Sigfusinus, qui postea in Presbyterum est ordinatus (*s*).

Isleifus ad Episcopatum pervenit annô ætatis quinquagesimô, sedente Leone Septimo, Pontifice Romano. Proxime præcedente hyeme A. C.
(annô) (Isleifus) in Norvegia fuerat, inde huc 1055.
trajiciens, quem mors demum Scalaholti op- A. C. 1080.

 pressit,

Thad vas a Drottens degi (t), *VI. nottom epter Hatid theirra Peturs oc Pols*; *LXXX.* (*) *epter Olafs fall Tryggvasonar. Thar vas ec tha med Teiti fostra minom, XII. vetra gamall* (u). *Enn Hallr sagdi off sva, es bædi vas minnigr oc olyginn, oc mundi sialfr that es hann var scirdr, at Thangbrandr scirdi hann threvetraun; enn that vas vetri fyr, enn Cristni væri her i Log tekin; Enn hann gerdi Bu thritogr, oc bio LXIV. Vetur i Haukadali; oc hafdi XCIV. vetur, tha es hann andadisc, enn that vas of Hotid Martens Byscops, a enom X. vetre epter andlat* (Isleifs) *Byscops.*

X. CAPITULE.

Fra Gizori Biscopi.

Gizor Byscop, sonr Isleifs, var vigdr til Byscops, at bæn Lanns-manna, a dogom Olafs (v) *Konungs* Ha*rallssunar, II. vetrom epter that es Isleifr andadisc* (x); *thann*

(t) Tertiô Nonas Julii, ut notatum est in *Kristendoms Sogu Cap.* 12.

(*) Est in Textu Islandico ellipsis, ut suprà Cap. 1. fin. subintellectâ scilicet voce *vetrom*.

(u) Arium exequiis Isleifi Episcopi adstetisse duodecim annos natum tradit quoque *Kristendoms Saga Cap. cit.* his verbis: *Ari hinn frodi stod yfer greptri hanns XII. vetra gamall*; hoc est: *Arius multiscius sepulturæ ejus adstitit duodecim annos natus.*

(v) *Kyrri*, i. e. *Quieti*, Norvegiæ Regis.

(x) Fuit autem consecratus ab Hartvico, Archiepiscopo Magdeburgensi, eò quòd Bremensis Archiepiscopus, Leimarus, tum temporis Henrici Quarti, Imperatoris, partes secutus, Gregorii Septimi, Pontificis

pressit, exacto post susceptum Episcopatum annô vicesimo quarto, Teitô hoc nos docente. Dies emortualis ipsi erat Dominica (*t*), sextiduo post Festum Petri & Pauli, octuagesimo (*) à decessu Olafi Tryggvini annô, quo tempore ego cum Teitô contubernali meo duodecennis ibi adfui (*u*): quædam etiam ex Halli ore hausimus, viri non minùs præteritorum memoris, quàm veracis: meminerat ipse se triennem à Thangbrando baptizatum, unico anno ante receptam publicè Religionem Christianam. Domicilium verò in Haukadalo fixit, cùm trigesimum ageret ætatis annum, ubi annos sexaginta quatuor vixit, mortuus deinde annô ætatis nonagesimo quarto, ipso Martini Episcopi festô, annô à A. C. 1090. morte Isleifi Episcopi decimô.

CAPUT X.

De Gizoro Episcopo.

Gizorus Episcopus filius Isleifi, ordinatus fuit A. C. 1082. in Episcopum, desiderantibus id popularibûs ejus, quod contigit tempore Olafi (*v*) Regis, Haraldi filii, biennio post obitum Isleifi (*x*); commora-

batur

ficis Romani, antèa verò nomine Hildebrandi dicti, offensas incurrisset, cùm inter illos inauditum in eum usque diem de principatu certamen exortum universo imperii statui ruinam machinaretur.

(*y*) Scil.

thann vas hánn annann her a landi (y), *enn annann a Gautlandi. Enn tha vas Namn hanns rætt* (z), *at hann het Gisrodr. Sva sagdi hann oss.*

Marcus Sceggia (a) *son hafdi Logsogo næstr Sighvati, oc tok that sumar, es Gizor Biscop hafdi einn vetr verit her aa landi, enn for med IV. sumor oc XX. At hanns sogo er scrifod ævi allra Logsogo-manna a Boc thessi, theirra es voro fyrir vart minni: Enn honom sagdi Thorarinn broder hanns, oc Sceggi fader theirra, oc fleiri spacir menn, til theirra ævi es fyrir hanns minni voro; at thvi es Biarni hinn Spaci hafdi sagt, fodorfader theirra, es mundi Thorarinn Logsogomann, oc VI. adra sidan* (*).

Gizor Biscop var aastsælli af ollam Lannsmonnom, enn hver madr annara, theirra es ver vitom her a landi hafa verid. Af aastsælld hanns, oc af tolom theirra Sæmundar (b), *med umb-radi Marcuss Logsogomanns, vas that i Log leidt, at aller menn toldo oc virdo allt fe sitt,* oc

(y) Scil. primùm post obitum Isleifi annum domi mansit; alterô verò annô, quô ordinatus est, in Gothlandia commorabatur.

(z) In textu locô *ratt* absque dubio legendum *radt;* cujus rationem pete ex *Indice Voc. Antiqv.*

(a) *Skegge* nomen proprium virile erat non solùm Islandis & Norvegis, verùm etiam Danis usitatum. Sic in Catalogo illustrium Soræ sepultorum memoratur *Schelm Schegge*, nisi hoc fuerit cognomen, de quo dubitare licet.

(*) De septem hisce Nomophy-

batur per alterum annum hac in terra (*y*), per alterum verò in Gautlandia: tunc dictum fuit (*z*) nomen ei esse Gizrodi, ceu ipse nobis retulit.

Marcus Skegginus (*a*) Nomophylacis nactus est officium post Sighatum, & quidem eâ æstate, quâ anno vertente hac in regione fuerat Gizorus; huic autem muneri viginti quatuor annos incubuit. Secundum ejus relationem in hoc libello annotavimus ætates Nomophylacum, qui nostram prævertére memoriam. Istam verò notitiam omnium, qui ante ejus ætatem fuerunt, partim debuit Thorarino fratri suo, partim Skeggio, utriusque parenti, & sapientibus viris pluribus, prout his narraverat Biornus sapiens, avus illorum, quippe qui Thorarini Nomophylacis æquè ac, post hunc qui vixêre, sex aliorum, probè memor erat (*). A. C. 1086.

Gizorus Episcopus ita omnium populariûm amorem sibi conciliaverat, ut nè alius quisquam in tota regione tum temporis ita deperiretur. Unde tam ex amore in ipsum, quàm consiliô & suasu Sæmundi (*b*) ac Marci Nomophylacis in le-

M ges

phylacibus Islandiæ egit Noster superiùs, puta: de *Thorarino* Cap. 3. de *Thorkele Mani* & *Thorgeire de Liosavatni* Cap. 5. de *Grimo Mosfellensi*, *Scaptio Thoroddino*, *Steino* & *Thorkele Tiorvii filio*, Cap. 8.

(*b*) Prestz, seu Presbyteri scil. cujus superiùs *Cap. 9.* injecta mentio.

(*c*) Has

oc ſoro at rett virdtt væri, hvart ſem vas i Londom eda i Lauſa-aurum, oc gerdu Tiund af ſidan: That ero miklar jartecner hvat blydner Lannzmenn voro theim Manni, es hann com thvi framm, at fe allt vas virdtt med Svardogom, that es a Islandi vas, oc Landet ſialft, oc Tiunder (c) *af gervar, oc Log alogd, at ſva ſcal veſa, medann Island es bygt* (d).

Gizor Biſcop let Log leggia a that, at Byſcops Stoll theſſ, er a Islandi væri, ſcylldi i Scalabollti (e) *veſa, en adr vas hvergi; oc lagdi hann thar til Stolſins Scalabollts land, oc margra cynia audæfi onnor, bædi i Londom oc i Lauſom aurom. Enn tha es bonom thotti ſa ſtadr hafa vel at audævom throaſc, tha gaf hann meir enn fiordung Byſops-doms ſins til theſſ, at helldr væri II. Byſcops Stolar a landi her enn einn, ſva ſem Nordlendingar æſtu hann til. Enn hann hafdi adr lated telia Buendur a landi her, oc voru tha i Auſtfirdinga fiordungi*

(c) Hactenus cùm nullis certis reditibus, nè decimis quidem, Epiſcopi officio eſſet proviſum, cique, utut omnia Epiſcopalis officii munia obeunti, tantum ex civium vel munificentia vel miſericordia vivere, atque ita egeſtate laborare neceſſe eſſet, certè huic malo egregiam tulit medelam Gizorus.

(d) Paria refert *Kriſtendoms Saga Cap. 12. circa fin.*

(e) Erat Skalaholtum Gizori hæredium, quod cum aliis bonis in publicum uſum dicavit, ut mox refert Auctor. Memoriâ itaque lapſus ſit *Torfæus*, qui in *Hiſt. Orcadenſ. lib. 2. pag.* 160. hoc Isleifo adſcribit.

(f) Nu

ges fuit relatum, ut universi ac singuli numerum inirent omnium, quæ possiderent bonorum, cujuscunque fuissent in regione nominis, tam immobilium quàm mobilium, præstito etiam juramentô, justam esse bonæque fidei æstimationem; indéque accuratè persolvebant decimas. Hæc res maximo erat documento, quantum huic viro populares exhibuerint obsequii, quòd id efficere valuit, ut omnia bona in Islandia jurejurandô æstimarentur, nè quidem ipsa terrâ excepta, decimásque (*c*) inde solverent (incolæ); quin lege fuerit sanctum, ita staturum, quousque Islandia incoleretur (*d*).

Gizorus Episcopus etiam lege fecit caveri, sedem Episcopalem in Scalaholto (*e*) mansuram, cùm anteà certo loco affixa non esset Sedes; adjecit quoque Sedi Scalholtinæ terram & alia varii generis bona tam mobilia, quàm immobilia. Cùm verò ipsi videretnr satis provisum fuisse huic Sedi, ultra quartam partem suæ Diœcesios alteri jam erigendo Episcopatui assignavit: maluit enim binas in hac regione Episcopales Sedes, quàm unicam, prout eum hac de re sollicitaverant boreales incolæ: dudum autem accuratum iniit colonorum numerum, atque tum ex Ori-

M 2 entali

ungi VII. hundrud heil (f); *Enn i Rangæinga* (*) *fiordungi X*; *Enn i Bræidfirdinga fiordungi IX.*; *Enn i Ayfirdinga fiordungi XII. Enn otalder voro their, es eigi otto Thinfarar-caupi at gegna af allt Island.*

Ulfhedinn Gunnarſſun ens Spaca toc Logſogo epter Marcus, oc hafdi IX. ſumor. Tha hafdi Bergthorr Hramfnſſun VI. Enn tha hafdi Godmundr (g) *Thorgeirſſun XII. ſumor.*

Et fyrſta ſumar, es Bergthor ſagdi Log upp, vas nymæli that gort, at Log or ſcylldi ſcrifa a Boc, at Hafſlida Miosſſunar (h), *of vetren epter* (i); *at ſogo oc umbradi theirra Bergthors, oc annara ſpacra manna, theirra es*

(*f*) Numerandi ratio hic variet eadem, quæ ſuperius allata eſt ad *Cap.* 4. *not.* (*l*) ideóque *VII. hundrud*, ſeptingenti, ſunt 840. *X. hundrud*, i. e. mille, 1200. *IX. hundrud*, nongenti 1180. *XII. hundrud* mille ducenti 1440.

(*) Pro *Rangæingafiordungi*, *Bræidfirdinga fiordungi* & *Ayfirdinga-fiordungi*, ponit *Kriſtendoms Saga Cap.* 13. *Sunnlendiga fiordunge*, *Veſtfirdinga-fiordunge* & *Nordlendinga-fiordunge*, i. e. *Auſtralis*, *Occidentalis* & *Borealis quadrantes*, ut hodieque diſtingvuntur.

(*g*) Hic ultimus eſt Nomophylacum Islandiæ, quos memorat Arius; ſequentes úsque ad An. Chr. 1260. recenſet *Arngrimus Jona in Tract. de Islandia*.

(*h*) In *Kriſtendoms Sogu* vocatur *Haflidi Marsſunar*, i. e. Haflidis Maurisfilius, *Cap.* 13.

(*i*) Hinc ſuſpicari licet, leges Islandorum hactenus magis memoriæ quàm ſcriptis fuiſſe commen-

entali quadrante in censum redacti sunt octingenti quadrageni (f), in Rangaënsi (*Australi*) mille ducenti; Breidfiordensi (*Occidentali*) mille centum octogeni, & Eyfiordensi (*Boreali*) quadrante mille quadringenti quadrageni; haud computatis illis, qui tributo per totam Islandiam Comitiis deputato erant exemti.

Ulfhedinus, Gunnaris Sapientis filius, Nomophylacis muneri post Marcum novennio præ- A. C. 1009.
fuit, successorem relinquens Bergthorum Hrafni filium sexennio id aministrantem; quem ex- A. C. 1118.
cepit Godmundus (g) Thorgeiri filius duodecim A. C. 1124.
annos qui tenuit.

Primo officii anno Bergthorus novam rogationem tulit, ut leges nostræ sequenti hyeme junctim apud Haflidem Miossis (h) filium libro inscriberentur (i); puta secundum dictamen & consilium Bergthori, aliorúmque sapientum virorum, qui ad hoc forent delecti.

M 3 De-

mendatas, judicíq; incubuisse, legem vivâ proferre, & in quovis casu de legum dictamine vel genuino sensu ambigentés quærentésq; quænam esset è lege verior sententia, docere; unde *Lögsögumadur* dictus est, quô vocabulô significatur legum prolocutor, h. e. qui pro officio leges interpretabatur, adeò ut ipse litigantibus esset instar Libri, quô tempore nullam habebant scriptam legem. Conf. *Lexic. Vet. Antiq.* voce *Lögsaga*.

(**)

ra es til theſſ voro tecner :: Scylldu their görva nymæli (**) *thau oll i Logom, er theim litiſc thau betri, enn en forno Log: Scylldi thau ſegia upp et næſta ſumar epter i Logretto; oc thau oll hallda, es enn meiri hlutr manna mællti tha eigi gegn. En that vard at frammfara, at tha vas ſcrifadr Vigslodi* (k), *oc margt annat i Logom, oc ſagt upp i Logretto af Kennimonnom* (l), *of Sumarit epter; en that licadi ollom vel, oc mællti thvi mangi i gegn.*

That vas oc et fyrſta ſumar es Bergthor ſagdi Log upp, tha vas Gizor Byſcop othingfærr af ſott; tha ſende hann

---

(**) Novellas hac leges proponebat civis quidam Borealis Islandiæ, cui *Maur* nomen erat, adjuvante *Bergthorô Nomophylace*, qui annô proximô in Foro Magno, non ſine communi conſenſu easdem rogabat. Conf. *Arngr. Jona in Tract. de Islandia.*

(*k*) In textu eſt *Vigslodi*, quâ rubricâ hæ Rogationes erant inſignitæ, quæ agunt de homicidiis jure conſanguinitatis vindicandis. Vox compoſita eſt à *vig*, cædes, nex, & *ſlodi*, traha, quaſi multas cædes poſt ſe trahens; vel quòd prolixa ea lex eſſet & varia, ut dicit *Arngrimus Jonæ in Tract. de Islandia.*

(*l*) Intelligantur hîc, ni fallor, Presbyteri, qui hodie Islandis dicuntur *Kennimenn.* Conf. *Indic. voc. Antiqv. voc. Kenna.* Tanta enim erat Islandorum veterum erga Presbyteros reverentia, ut nullibi aliàs eſſet major; hinc in illorum de rebus tam Eccleſiaſticis quàm Politicis ſententiâ omninò acquieſcebant, immo leges civiles & ſeculares legibus Eccleſiaſticis ſeu Canonicis, quas in Papatu condere Epiſcopis incumbebat, cedere voluerunt, non ſemel aut iterùm, ſed ubique, prout in Comitiis An. 1050. apud Islandos ſancitum eſſe *Arngrîmus Jonas in ſuo de Islandia tractatu* teſtis eſt. Quid quòd Civi-

Debebant addere novas leges (**), quæ ipsismet prioribus præstare visæ sunt. Has proxime sequenti æstate in Comitiorum loco publicè recitandas, nec ullas pro legibus habendas, nisi quibus major hominum pars annuisset. Hisce autem necessariò procedentibus, in legibus transcripta est Rogatio de homicidio (*k*) cùm pluribus aliis, quæ omnia à peritis viris (*l*) proximâ æstate in loco Comitiorum recitata omnibus arrisêre, nemine non iis annuente.

Hoc quoque prima æstate, cùm leges rogaret Bergthorus, accidit; nempe; Gizorus Episcopus

(*l*) Civiles tam Danicæ & Norvegicæ quàm Sueciæ Leges, quæ post introductum in Septentrionem Christianismum & in Papatu sunt conscriptæ, maximam partem è Jure Canonico orginem ducunt: inde est quòd computatio graduum consanguinitatis in legibus tam veteribus quàm modernis sit juris Canonica, non Civilis, i. e. non secundum Jus Civile Romanum, cùm stipite, sed secundum Jus Canonicum demtô stipite, procedat. Sic formæ illæ Juramentorum, Scotationum, &c. quæ in antiquatis legibus præscribuntur, non Romano Civili, verùm Canonico juri debentur, etiam Pontificum R. Rescriptis; quomodo de Scotatione, cùm rei possessio in alium transfertur, Danis hodieq; Skiøde, (cujus olim Symbolum vel legitimæ traditionis signum fuit minuta quædam terræ portio in acquirentis sinum ingesta) literæ Innocentii III. Pontif. Rom. d. 16. Novemb. 1198. ad Archiepiscopum Lundensem, Absolonem, datæ habentur in *Steph. Baluzii Miscellan. Tom. I. Epist. 422.* ut alias hanc in rem probationes jam sicco prætercam pede,

(*m*) Cu.

hann ord til Althingis Vinom sinom oc Hofdingiom, at bidia scylldi Thorlac Runolfsſun, Thorleikſſunar, brodur Halls i Haukadali, at hann scylldi lata vigiasc til Byſcops. Enn that gerdo aller, ſva ſem ord hanns quomo til, oc fecſc that af thi, at Gizor hafdi ſialfr fyrr mioc bedit. Oc for hann utan that ſumar; enn com ut et næſta epter, oc vas tha vigdr til Byſcops.

Gizor vas vigdr til Byſcops, tha es hann var fertogr; Tha vas Gregorius Septimus Pape (m): *Enn ſidan vas hann enn næſta vetr i Danmorco, oc com of ſumarid epter hingat til lanns. Enn tha es hann hafdi verit XXIV. Vetur Byſcop, ſva ſem fader hanns; tha vas Joan Ogmundarſun vigdr til Byſcops fyrſtr til Stols at Holom* (n); *tha vas hann vetri midr en halffertogr. Enn XII. vetrom ſidar, tha es Gizor hafdi alls verit Byſcop XXXVI. vetur; tha vas Thorlacr vigdr til Byſcops: hann let Gizor vigia til Stols i Scalahollti, at ſer liſanda; tha vas Thorlacr II. vetrom meir enn XXX. Enn Gizor By-ſcop*

(*m*) Cujus verum nomen fuit *Hildebrandus*, verùm ex Archidiacono Papa Romanus factus, id cum *Gregorii* ejus nominis VII. commutavit more Romanis Præſulibus ſolenni. Conf. *Lexic. voc. antiqu.* voc. *Papa.*

(*n*) Hic poſt obitum, qui contingit An. 1121. æt. 79. Sanctorum albo eſt inſcriptus An. 1201. qui ab obitu ejus eſt annus octogeſimus, ut Islandici memorant Annales. Conf *Torf. Hiſt. Norveg. part. 3. lib. 7. Cap. 6. circa fin.* Habetur ejus vita ſeorſum Island. idiomate deſcripta.

[*o*] In

pus morbo præpeditus Comitiis adesse cùm ipse nequiret, nuncium eò amicis suis & primoribus misit, ut Thorlakum Runolfi filium, Thorleiki nepotem, fratrem Halli Haukadalensis, unitis precibûs rogarent, nè gravaretur se in Episcopum ordinari, id quod fideliter omnes effectum dabant, secundum petitionem ejusdem, impetratúmque est propterea, quòd Gizorus multùm ipse anteà hac de re eum sollicitaverat, ut eàdem æstate peregrè profectus proximâ verò redierit in Episcopum ordinatus.

Gizorus in Episcopum fuerat consecratus quadragesimô ætatis annô, sedente Gregoriô Septimo, Pontifice Romano (m), posteà verò in Dania annum exegit, deinde in hanc reversus est regionem sequenti æstate. Cùm autem viginti quatuor annos, æquè ac Parens suus, Episcopus fuisset, Joannes Ogmundi filius in primum Episcopum Holensem est ordinatus (n), annô ætatis trigesimo quarto. Elapsis verò duodecim annis, cùm Gizorus jam triginta sex annos Episcopali functus esset officio, in Episcopum sedis Scalaholtensis consecratus est Thorlakus, trigesimo secundo ætatis annô, Gizorô etiamnum superstite, ipsóque ordinationem hanc

A. C. 1082.

A. C. 1083.

A. C. 1106.

N pro-

scop andadisc XXX. *nottom sidar i Scalahollti, a enom thridia degi i Vicu, V.* (o) *Kalend. Junii.*

A thvi Ari enn sama deydi Paschalis II. Pape (p), *fyrr enn Gizor* Byscop, *oc* Baldvine *Jorsala Konungr* (q), *oc Arnaldr Patriarcha i Hierusalem, oc Philippus Svia Konungr* (r): *Enn sidar, et sama sumar, Alexius* (s) *Grikkia Konungr; tha hafdi hann* XXXVIII. *vetur setit at stoli i Miclagardi.*

Enn II. *vetrom sidar vard Alldamot* (t); *tha hofdu their Eysteinn oc Sigurdr* (u) *verid* XVII. *vetur Konungar i Norvegi, eptir Magnus födur sinn Olafssun Harallsunar. That vas* CXX. *vetrom epter fall Olafs Tryggvasunar* (v); *enn* CCL. *eptir Drap Eadmun-*

(o) In textu omissus erat numerus *V.* quem restituimus in *Kristendoms Sogu* expressum, *Cap. 13.*

(p) Puta 22. Januarii, quod ideò annotamus, ut evidentior fiat calculus Synodi Rhemensis.

(q) Post captam à Christianis An. 1099. Hierosolymam, ac constitutum ibi Regem Godefridum, Baldevinus I. hic Godefridi ejusdem filius, secundus fuit Rex Hierosolymitanus, qui Norvegorum classe adjutus, Berytum ac Sidonem cepit.

(r) Qui in *Historia Hervariana* exiguô tempore regnâsse traditur, Ingiúmque fratrem successorem habuit.

(s) In Kristendoms Sogu vocatur, *Kyrialax*, Cap. 13. à Κύριος Ἀλέξιος contracta vox. Est verò ille Alexius Comnenus, Imp. Orient. qui ad Occidentis etiam Imperium nequicquam adspiravit, cùm inter Henricum V. Imp. Rom. & Paschalem II. Papam gravissima contentio esset exorta, hícque An. Ch. 1110. ab Imperatore in ordinem redigeretur. Vitam ejus quindecim libris descripsit filia ejus, *Anna Comnena.*

(t) Nul-

procurante, qui, exactis triginta inde nöctibûs Scalaholti tertio hebdomadis die, *quinto* (*o*) Kalendarum Junii vitam cum morte commutavit. A. C. 1118.

Verùm ipso eodem annô, sed ante Gizorum, obiit Papa Paschalis Secundus (*p*), etiam Baldvinus Hierosolymarum Rex (*q*) & Arnaldus Patriarcha Hierosolymitanus, Philippus quoque Svecorum Rex (*r*). Posteà, ast eodem quoque anno, Alexius (*s*) Græcorum Imperator trigesimo octavo regni annô Constantinopoli decessit.

Biennium pòst universalis Synodus est habita (*t*), annô regni fratrum Eysteini & Sigurdi (*u*) decimo septimo, qui patri Magno Olafi (*) filio, Haraldi nepoti, successerunt, centum & viginti A. C. 1120. annos à decessu Olafi Tryggvini (*v*), ducentos

N 2 & qvin-

(*t*) Nullus dubito, quin per vocem *Alldamot* Synodum Universalem hîc intelligat Noster, & quidem Rhemensem illam, cœptam A. C. 1119. & annô sequente finitam, atque ita binos post obitum Gizori annos celebratam; in eadem sedebant Patres 426. qui Henricum V. Imperatorem excommunicârunt, &c. Conf. *Indic. voc. Antiq.*

(*u*) Qui simul in Norvegiâ regnârunt.

(*) Scil. *Sancti* filio. Rex erat priùs Norvegiæ, inde ex pacto cum Horda-Knuto, post ejus sine hæredibus decessum, Daniæ simul; quem *Boni* cognomine decorarunt antiqui.

(*v*) *Sup. Cap.* 7. ejus facta est mentio.

(*x*) Hanc

mündar Engla Konungs (x) *enn* DXVI. *vetrum eptir andlat Gregorius Pava*, (y) *theſſ es Criſtni com a England* (z), *at thvi es talit es*: *Enn hann andadiſc a odro ari Konungdoms Foco Kæiſara* (a) DCIV. *vetrom eptir* B*urd Criſtz at almannatali* (b): *that verdr alltſaman.* MCXX. *or. Her lyxc ſia* Boc (c).

Thetta es kyn Byſcopa Islendinga, oc Ættartala.

K*Etilbiorn Landnams-madr, ſa ed bygdi ſudr at Mosfelli eno öfra, vas fadir Teitz, fadir Gizorar ens Hvita, födur Isleifs, es fyrſtr vas Byſcop i Scalabollti, födur Gizorar Byſcops.*

Hrol-

(*x*) Hanc cædem aliàs memorat Noſter Cap. 1, 3. & 7. ſuperiùs.

(*y*) Hic eſt Gregorius I. Magnus dictus, alias *Anicii* nomine laudatus, cujus vitam Benedictini Monachi luculenter deſcripſere, præfixam noviſſimæ operum ejus editioni, ab iisdem procuratæ. Obiit ille A. C. 604.

(*z*) Scilicet per Columbanum, qui in Britannia Pictos; & Auguſtinum Monachum, qui Anglo-Saxones fidem Chriſtianam docuiſſe perhibentur. Diu tamen ante hæc tempora, ſcil. A. C. 165. Britannis permiſſu Regis publicè annunciatum fuiſſe Evangelium, ſunt qui referunt Hiſtorici.

(*a*) Orientalis ſcil. qui primùm miles, inde Centurio factus & ab exercitu per ſeditionem creatus Imperator, parricida Domini & Anteceſſoris Mauritii Imp. fuit, quem unà cum quinque filiis ac tribus filiabus, ipſáque Auguſta, Conſtantina, gladiô percuſſit Chalcedo-

& quinquaginta à cæde Edmundi Anglorum Regis (*x*), & quingentos sedecímque annos ab obitu Gregorii Pontificis Romani (*y*), qui Christianismum in Angliam fecit introduci (*z*), ut in commune est traditum; ac obiit altero Phocæ Imperatoris (*a*) annô, scilicet post nativitatem Christi, secundum vulgarem calculum, (*b*) sexcentissimo quarto, qui anni simul computati, annos mille, centum & viginti efficiunt. Hìc liber iste finitur (*c*).

Hoc Episcoporum Islandiæ est Stemma & Genealogia.

KEtilbiornus Islandiæ occupator, qvi in australi Islandiæ qvadrante prædium inhabitavit, Mosfellum superius nuncupatum, pater erat Teiti, avus Gizori Albi, proavus Isleifi, primi Episcopi Scalaholtensis, qvi pater erat Gizori Episcopi.

Hrol-

cedone; ut eâdem postea Imperium immanitate, quâ acquisiverat, administravit quoque; quin ipse, octavô tyrannidis annô ab Heraclio Imp. horribili morte affectus est.

(*b*) Conf. *annotata* superiùs ad finem *Capitis Septimi*.

(*c*) Quamvis libellum hîc secundum indicatam in Prologo capitum seriem finiat Noster, sequentia tamen ab ipso esse adjecta nemo potest dubitare, qui ultimum hujus additamenti versum curatiùs inspexerit, perpenderítque; cùm in eô legitur:

Hrollaugr Landnams madr, sa es bygdi austr a Sidu a Breidabolstad, vas fader Ozorar, fodor Thordisar, Modor Halls a Sido, fodor Egils, fodor Thorgerdar, Modor Joans, es fyrstr vas Byscop at Holom.

Odr (d) *Landnams cona, es bygdi vestr i Breidafirdi i Hvammi, vas Moder Thorsteins ens Rauda, fodor Oleifs Feilans, fodor Thordar Gellis, fodor Thorhilldar Riupu, Modor Thordar Hesthofda, fodor Carlsefnes, fodor Snorra, fodor Hallfridar, Modor Thorlacs, es nu es Byscop i Scalaholti, næstr Gizori.*

Helgi enn Magri Landnama madr, sa es bygdi nordr i Eyiafirdi i Cristnesi (e), *vas fader Helgo, modor Einars, fodor Eyiolfs Valgerdar sonar, fodor Godmundar, fodor Eyiolfs, fodor Thorsteins, fodor Ketils, es nu es* By*scop at Holom, næstr Joanni.*

Thessi

tur: *enn ec heiter Are*, i. e. *Ego autem Arius nominor*; inde est quòd prioribus Arii Schedis hæc immediatè annecti soleat mantissa, tam in impresso Scalaholtensi editione, quàm in manuscriptis, & quidem in antiquo illo codice, quem Episcopus *M. Bryniolfus Svenonius* investigavit propriâ Arii manu conscriptum, atque à *Jona Erlendino* A. 1651. exscriptum, cujus de hoc testimonium ad calcem hujus opusculi est adjectum, eô, quô in Islandica *Theodori Thorlacii* editione legitur, tenore.

(*d*) Hæc Nostro Cap. 2. nominatur *Audr*; quæ propter insignes opes in historiis cognomen *Diupaudga* i. e. profundè dives vel prædives, est sortita. Significat etiam

Hrollaugus occupator Islandiæ, qui ad orientem Sidæ, prædium Breidabolstad incoluit, pater erat Ozori, avus Thordisæ, matris Halli de Sida, qui erat pater Eigilis, & avus Thorgerdæ, qvæ mater erat Joannis, primi Episcopi Holensis.

Oda (*d*) Islandiam occupans fæmina, qvæ in occidentali Islandiæ qvadrante, Breidafiord, prædium Hvamm inhabitavit, mater erat Thorsteini Rufi, avia Oleifi Feilanis, atavia Thordi Gelleris, proavia Thorhildis Riupæ, matris Thordi Hesthofda (i. e. *Hippocephali*,) cujus filius Karlsefnius, pater Snorrii, cujus filia erat Hallfrida, mater Thorlaki, qvi hodie sedet Scalaholtensis Episcopus, Gizori successor.

Helgius Macer, Islandiæ occupator, qvi in boreali Islandiæ qvadrante Eyiafiord prædium Christnes (*e*) incoluit, pater erat Helgæ, matris Einaris, qvi genuit Eyiolfum Valgerdæ filium, patrem Godmundi, avum Eyiolfi, proavum Thorsteini, patris Ketelis, qvi hodie est Holensis Episcopus, Joanni proximus.

Hæc

---

etiam ipsum nomen *Audur* pecuniam, opus, divinas. Vid. *Lexic. vet. antiq.* voce *Audafe.*

(*e*) Vid. *annot. ad fin. Cap. 2. lit. (a).*

(*f*) Hic

Thesſi ero Nofn Langfedga Ynglinga oc Breidfirdinga.

I. INgvi *Tyrkia Konungr* (f), II. *Niordr Svia Konungr*, III. *Frayr*, IV. *Fiolner*, *ſa er do* (*) *at Fridfroda*, V. *Svegder*, VI *Vanlandi*, VII. *Visburr*, VIII *Domaldr* IX: *Domarr*, X. *Dyggve*, XI. *Dagr*, XII. *Alrecr*, XIII. *Agne*, XIV. *Yngvi*, XV. *Jorundr*, XVI. *Aun enn gamli*, XVII. *Egill Vendilcraca*, XVIII. *Ottar*, XIX. *Adisli at Uppſolom*, XX. *Eyſteinn*, XXI. *Yngvar*, XXII. *Braut-Onundr*, XXIII. *Ingialldr enn Illradi*, XXIV. *Olafr Tretelgia*, XXV. *Hålfdann* Hvitbeinn, *Upplendinga Konungr*, XXVI. *Godrodr*, XXVII. *Olafr*, XXVIII. *Helgi*, XXIX. *Ingialldr*, *Dottorſonr Sigurdar Ragnarsſonar Lodbrocar*, XXX. *Oleifr enn* Hviti, XXXI. *Thorſteinn enn Raudi*, XXXII, *Oleifr Fæilan*, *es fyrſtr bygdi theirra a Islandi*, XXXIII. *Thordr Geller*, XXXIV. *Eyiolfr, es ſcirdr vas i elli ſinni*, *tha es Criſtni kom a Island*, XXXV. *Thorkell*, XXXVI. *Geller*; *fader theirra Thorkels* (g), *Branns*; *oc Thorgils*, *faudor mins*, *enn ec heiter ARE* (h). Hæc

(f) Hic fuit Odini Aſiatici filius, ut ex Islandicis Septentrionalium Regum Genealogiis *Langfedga-tal* dictis notum eſt. Vid. hîc *Torfæi Series Regum & Dynaſtar. Daniæ, it. Hiſt. Norv. pars prima.*

(*) De cujus mortis ratione *Sturlæus in Chr. Norv.* legi poteſt.

(g) In Islandico Exemplari delenda eſt litera F, quâ ſignificatur vox *Fodur*: Thorkell enim erat Gelleris filius, frater *Brandi* & Thorgilſis, unde illum patruum ſuum ipſe Arius expreſſis verbis appellat *Cap. 1. Schedarum.*

(*h*) Relege quæ ſuperiùs ad Prologum annotavimus, *Not.* (*a*). Hîc addimus, Nomen proprium *Are* dubio procul idem eſſe ac *Ærre*, Danis quondam uſitatum, ut in Catalogo illuſtrium Soræ ſepultorum occurrit *Ærre*

Hæc ſunt nomina proſapiæ Ynglingorum & Breidfiordenſium.

I. INgvius, Turcarum Rex (*f*), II. Niordus, Svecorum Rex, III. Freyus, IV. Fiolnerus, mortuus (*) apud Frothonem Pacificum, V. Svegderus, VI. Vanlandus, VII. Visburrus, VIII. Domaldus, IX. Domarrus X. Dyggvius, XI. Dagus, XII. Alrecus, XIII. Agnius, XIV. Yngvius, XV. Jorundus, XVI. Aunus Grandævus, XVII. Egill Vendilcraca, (i. e. *Vendilenſium Jutorum cornix*) XIIX. Ottarus, XIX. Adislaus Upſalenſis, XX. Eyſteinus, XXI. Yngvarus, XXII. Onundus, viarum refector (*Braut-Onundr*), XXIII. Ingialdus Illradi (*Aſtutus*), XXIV. Olafus Tretelgia (*Lignator*), XXV. Halfdanus Hvitbeinn (*Albipes*), Uplandorum Rex, XXVI. Gudrodus, XXVII. Olafus, XXVIII. Helgius, XXIX. Ingialdus, Sigurdi Ragnaris Lodbrokii filii ex filia nepos, XXX. Oleifus Albus, XXXI. Thorſteinus Rufus, XXXII. Oleifus Feilan, primus ex hac familia Islandiæ incola. XXXIII. Thordus Geller, XXXIV. Eyiolfus, qvi ſenex baptizatus eſt, introductâ primùm in Islandiam fide Chriſtianâ XXXV. Thorkell. XXXVI. Geller, pater Thorkelis (*g*), Brandi & Thorgilſis, patris mei. Eſt autem mihi nomen ARIUS (*h*).

Thessar SCHEDAE Ara Prests Froda, og Frasögn, er skrifud eptir hanns eigin Handskrift a Bokfelli (ad menn meina), i Villingaholti, af Joni Presti Erlends-syni, Anno Domini 1651. Maanadaginn næstann eptir Dominicam Jubilate. Jon Erlendsson, Pr. m. pr.

Id est:

Hæ SCHEDAE & Narrationes Arii Presbyteri Multiscii ad ipsius autographum in pergameno (ut putatur) sunt descriptæ in Villingaholto à Jona Erlendino, Presbytero, Annô Domini 1651. die Lunæ proximâ post Dominicam Jubilate. Jonas Erlendinus, Pr. m. pr.

Ærre Staff. Vid. *Tab. Cistercienf. Soran. pag. 36. ed. Havn.* 1712. Num verò vocabulum *Are* priscâ Islandorum linguâ *aquilam* significans, proprii hujus nominis sit genuinum etymon, pro certo non possumus affirmare, quamvis istâ non abhorreamus opinione. Conf. sup. *Vitam Arii* circa finem.

MONITUM.

Schedis *Arii* jam ferè prælô ad finem perductis, benignior fortuna novam mihi dedit doctis gratificandi occasionem; allatô scilicet CL. V. JONÆ DAVIDIS GAM, Islandi, Scholæ Nestvediensis Rectoris laudatissimi, *de ratione Anni Solaris Schediasmate*, quo *Caput IV. ARII* nostri egregiè illustratur. Cùm enim resciviſſem ipsum ad petitionem doctiſſimi eujusdam Viri, τῶν ἐν ἁγίοις, in hoc Arii Caput antehac quidquam commentaſſe, non defui occasioni de communicatione ejusdem Auctorem sollicitandi, qui, quamvis pro sua mosteſtia veritus, ut id mihi poſſet concedere publicandum, quippe qui de ejus editione nunquam cogitaverat: annuit tandem, ut bona ejus cum venia Ario adjungeretur imprimendum. Ut verò ejusdem Schedii non minùs occasio quàm ratio & institutum constare queat, non ægrè laturum Lectorem spero, quòd Clariſſimi Auctoris datas ad me nuper Responsorias literas præmittam, quæ ita jacent:

VI-

VIRO CONSULI
NOBILISSIMO, DOCTISSIMO,
ANDREAE BUSSAEO,
S. P.

ACcepi literas Tuas humaniſſimas, quarum peculiaris jucunditas, gravitas & nitor me delectavit, excellentíque humanitate ſummopere ſum gaviſus: Intellexi enim ex iis (& paulò antè) editionem Schedarum ARÆ à Te parari, & antiqvum illum Polyhiſtora Herculeô quondam labore ex ſcriniis cujusdam lippi centum clavibus clauſis nudum obſitúmque extractum, & ex blattarum faucibus ereptum conſervatúmque nunc tandem Tui politiſſimi limatíque judicii & doctrinæ ope, auxiliatrices Te manus porrigente, Romanô habitu ornatum eſſe: ut eruditorum, additis doctis Tuis commentariîs, in familiam (ut ita ſcribam) magno cum applauſu recipi poſſit gravis ille Senex. Gratulor ergo Tuis conatibus. Macte virtute, doctrinâ, gloriâ eſto. Cæterùm, quod ad chartas meas attinet, quibus quondam de ratione Anni Solaris, & emendatione Calendarii apud veteres Islandos in paganismo, referente Ara Froda, per Solis motum, cogitata mea Viro cuidam in his ſtudiis maximo, νῦν ἐν ἁγίοις, aperui: nunquam credidi fore, ut levibus atque exiguis his meis chartulis tantum ſtatueretur pretium, quod fieri abs Te ex humanitatis pleniſſimis Tuis literis intellexi. Tantum enim abeſt, ut laudes illas, quas Tuus affectus mihi plenâ manu admetitur, agnoſcam, ut potiùs me indignum iis æſtimem; ſiquidem meô pede me me-

 tior.

tior. Interim gratulor mihi, si quid Tuo proposito aptum in iisdem reperiatur. Et licet jam acclamem Tibi feliciter, & mihi de feliciter, Tuâ sententiâ, expeditô negotiô; nec potes Tibi ipsi, aut alius Tibi, ita gratulari, ut ego mihi gratulor, atque in sinu meo de hoc labore Tuo & felicitate in absolvendo hoc difficillimo opere, me, si ita placet, subministratore (tantummodò in dictum Schedarum caput quartum) advocatô, quæ & per Te mea est felicitas, gaudeo. Cogitata illa mea An. M. DCC. XXVIII. prædicto Amplissimo Viro missa, ob præmaturam ejus mortem nulli amplius usui futura ratus, in scriniis meis abscondenda seposui; sed jam Tuo desiderio satisfacturus Tuo gravissimo judicio submittenda, & per Te in lucem protrahenda communico, quamvis totum hoc levidense sit, tenuique stylô conceptum. Nam ut in picturis lumen non alia res magis (uti Plinio Secundo Lib. 3. Epist. 13. placet) quàm umbra commendat, ita orationem vel stilum tam submittere quàm attollere decet. Duabus sectionibus absolvitur hoc Schedium; prior Tibi jam nota, posterior in mea adversaria, de initio annorum apud hos paganos, conjecta adhuc latet, aliquando, DEO volente, lucem visura. Æternùm vale, CONSUL Nobilissime, Doctissime, & favoris Tui aurâ fovere perge

Τάχιστα, *Nestvediæ VI. Non. Maji M. DCC. XXXIII.*

T. N.

addict.

JONAM GAM.

JONÆ GAMI
Schediasma
De
RATIONE ANNI SOLARIS,

Secundum rudem obſervationem Veterum Paganorum in Islandia,
Ex Solis motu reſtituti,
Referente ARA FRODA (vulgò Multiſciò)
Cap. IV. Schedarum;
Cujus Textus Islandicus ad verbum Latinè redditus in Notis additis è mente Auctoris exponitur.

Paragraphus Primus.

INter alia, quæ in Breviario ſuo Chronologico, vulgò *Schedis de Originibus Islandiæ*, contexuit Polyhiſtor Islandorum, *Aras Frode*, Multiſcius, mentionem, quoq; fecit quâ ratione ejusdem Inſulæ Pagani, ex obſervationibus annui Solis motûs, longitudinem anni Solaris determinaverint. Verba ejus ex *Schedis* deſumpta è minùs accuratè An. 1688. impreſſo Scalholti, in Auſtrali Islandiæ parte, exemplari, ita ſe habent:

Hoc erat cùm illi ſapientiſſimi viri in terra hic numeraverunt in duobus Semeſtribus (*a*) quatuor dies quartæ centuriæ (*b*), hoc faciunt ſeptimanas duas Sextæ decadis (*c*); ſed menſes duodecim triginta noctium (*d*), & dies quatuor ſuperfluos (*e*): tum ſentiebant ex curſu Solis (*f*), quòd æſtas inclinaret iterum in ver (*g*); ſed hoc potuit nemo dicere illis, quòd dies unus eſſet ſuprà (*h*), id quod reſpondebat integris Septimanis in duobus anni ſemicyclis (*i*), & hoc erat cauſæ (*k*).

Ad voces ſignis literatis notatas brevis expoſitio:

(*a*) *In duobus ſemeſtribus*; in Textu Islandico eſt: *i tveim miſſerom.*) *Miſſeri* vocatur dimidia pars anni vel Semeſtre ſpatium: de termino numerationis à quo, vel à quo menſe inceptus ſit annus, non conſtat: aliâ tamen occaſione, annuente DEO, probabiles quasdam adducam rationes, ex veterum ſcriptis deſumptas, quid de initio anni apud hos Paganos in gentiliſmo ſit ſtatuendum.

(*b*) *Qva-*

(*b*) *Qvatuor dies qvartæ centuriæ*; Isl. *ens fiorda hundrads.*) Vi vocum eſt: *qvatuor dies ſupra trecentum.* In hoc calculo notandum, centenarium numerum impleri, non decem, ſed duodecim decadibûs, id eſt 120. quod vocant *ſtort hundrad*, vel *tolfrædt hundrad*, id eſt, duodecim decadibus conſtans Centum, mercatoribus hîc in Dania in uſu, adeò ut calculus tali ratione ſit inſtituendus:

1. Centuria - - 120. diebus,
2. Cent. - - - 120. dieb.
3. Cent. - - - 120. dier.
Dies ſuperfl. - 4.
Dies 364. in duobus anni hemicyclis.

(*c*) *Hoc facit ſeptimanas duas ſextæ decadis*; Islandicè: *thæd verda vikor II. ens ſetta tegar.*) Eſt *tegr* decas: jam conferendus calculus ad demonſtrandum 364. dies complere 52rum Septimanarum numerum:

1 364 77	52. Septimanæ.

(*d*) *Sed menſes duodecim triginta noctium*; Isl. *en manodr XII. thritognattar.*) Verùm enim verò, quomodo poſſunt 52. Septimanæ complere 12. Menſes? Diviſis enim 52, per 4. Septimanas, ut æſtimatur menſtruum ſpatium, proveniunt 13. Menſes Anni?

Reſp. Si cuilibet menſtruo ſpatio tribuantur dies 28. ex ſeptimanarum numero conflati; cum 4. Sept. ſint 28-tum emergunt Menſes 13. ſed Auctor jubet uti menſium numero, non ex quatuor ſeptimanis collecto, ſed ex 30. diebus, juxta Menſem, ut opinor, Synodicum Lunæ, & tum erit res in vado.

Caſ-

Calculus:

3 6 4 3 0 0 3	12. Menſes Anni.

(*e*) *Et quatuor dies ſuprà*; Isl. *oc dagar IV. umbfram.*) Notatum eſt per præcedentem operationem, tribuendô 30. dies cuilibet menſi, eſſe ſuperfluos dies quatuor. Fuit ergo quantitas anni ex ſolis curſu obſervata 12. Menſes, & 4. Dies.

(*f*) *Tum ſentiebant ex curſu Solis*; Isl. *tha mercdo thēir at Solargange.*) Eſt credibile, certis anni temporibûs notaſſe paganos illos ortum & occaſum Solis, ad montem, ſpeculam, tumulum vel præcipitium quoddam in horizonte, ortivo vel occiduo, vel utroque in loco, & id quidem circa ſolſtitium æſtivum, ſed de Æquinoctiis parûm fuiſſe ſollicitos, tanquam re obſcuriori & altioris indaginis: Solſtitium quippe æſtivum in ſenſus & oculos meliùs incurrit, tanquam notabilior temporis meta. Viget enim ad hunc usque diem in Islandia hic mos, per certas in horizonte oblatas notas & inſigniora quædam loca propoſito apta, diurnum ſolis arcum æqualia in ſpatia diſpertiri, quas notas vel metas vocant *Dagsmörk*, ſcil. decimi temporis ſpatii in partes æquales diſpertiti notæ, forſan Græcis σημεῖον, tribuendô cuilibet interſtitio trium horarum ſpatium, quod vocant *Eikt*: E. g. ab ortu Solis ad horam 6. antem: ut hora ſexta ſit *Midur morgun*; ab hora 6ta ad nonam, quæ iis eſt *Dagmaal*, meta diei ante meridiem, mulgendis vaccis & ovibus apta; à nona ad duodecimam, quæ vocatur *Hædege*, (altiſſimum diei culmen); à du-

à duodecima ad tertiam, quam vocant *Noon*; (*) intercedit inter duodecimam & tertiam ſesqui horæ ſpatium. quô abſolutô, à duodecima numerando, prandium ſumunt, vocatúrque *Midmunde*, eſt hora 1½ poſt Meridiem: ab hora tertia ad ſextam, quæ iis eſt *Midur aptan*, medius veſper; ab hora ſexta ad nonam, quæ vocatur *Naattmaal*, iterum vaccis & ovibus mulgendis aptum; ab hora nona ad ſolis occaſum, quem vocant *Sölarlag*: hæc ultima pars, ſesqui horæ ſpatium emetitur. Hæc eſt diurni ſolis arcûs partitio Islandis in uſu, æſtivali tempore, per quem longitudinem dierum definire ſolent, ſeptem ſpatiis, quæ appellant *Eigter*, abſolutus. Hac chronometriâ ad poſteros derivata, levi negotiô majores incrementa ſumere vel decreſcere dies, obſervare potuerunt, & ex longiſſimo arcûs diurni ſpatio quantitatem Solaris anni determinare. Temporis partes & horas ex fluxu & refluxu maris Islandi, qui in oris maritimis habitant, etiam notare ſolent, quando in nebuloſo cœlo videndi copia non datur, quod in Anglia etiam moris eſt. Statis enim temporibûs fit in Islandia fluxus & refluxus maris magno Oceano Deucaledonio objecta, & Hyperboreo à Septentrionali latere cincta: Facta quippe obſervatione priori annô, notatóque Solis vel ortu vel occaſu, ad conſtitutam aliquam notam vel ſpeculam, in horizonte circa ſolſtitium æſtivum vel brumale, id eſt, quando Sol vel ab eorum vertice maximê erat remotus, ut in brumali, vel proximé accedebat, ut in ſolſtitiali, quod Auctor his verbis notat: *tha mercdo their, at Solar-gange ut Sumared munadi aptur til Varſens*. de quo infrà: facile fuit numerare interlabentes dies, donec ſequenti annô Sol eandem, quam in hori-

P

(*) De *Noon* vide Kriſtendoms Sogu Cap. 7. unde liquet terminum hunc Antiquis in uſu fuiſſe.

horizonte metam, in solstitio æstivo attigisset. Quantitas ergo anni, ex cursu Solis observata, non nisi diebus 364. constabat, qui complent menses 12, attribuendô cuilibet mensi 30. noctes. Estque verisimile, numerasse paganos initium diei à præcedente nocte; sed à qua noctis hora, determinare non sustineo: verisimile tamen, à medio noctis, quod appellant *midnætte og jnemma ad morgne*, id est, post mediam noctem & multum mané. Qvidni â duodecima noctis? ratio: quia menses computabant ex Lunæ Phasibus, quæ semper nocturno tempore observandæ, uti sana ratio dictitat, & ex hoc tempore nycthemerino constat dies, & ex diebus, mensis Synodicus triginta dierum, ut experientia docet, à prima Phasi ad ultimam. Et cui vacat evolvere veterum literarum monumenta, reperiet sæpe noctes pro diebus sumptas: memini quoq; me legisse in *Nicolai Damasceni* operibus *pag. m.* 520. numerationem noctium ex Lunæ motu, ut & mensium, apud Numidas in usu fuisse. Considerandum enim est, ut opinor, tempus Synodicum Lunæ, instar decempedæ, quâ mensuratur annuus Solis circulus: ratio enim dictitat minus mensurare majus; sic mensurat secunda minuta prima; prima horas, vel gradus; horæ diem; dies annos; anni secula; secula totam mundi durationem. Sic Dies, Lunæ Menses, Menses annuum circulum motus Solis, in partes dividunt speciales, propter insigniores temporis partes, vel divisiones in hominum vita scitu necessarias, quod ex Oeconomia Ecclesiastica & Politica abunde discitur. Tolle cognitionem motus Lunæ, & videbis fieri hæc omnia obscuriora: ergo in his, ut & in cæteris admiranda Creatoris sapientia, nunquam satis prædicanda, elucet. Quando igitur annus vocatur *Solaris*, denominatio fit à potiori; sed

quando

quando *Lunaris*, à modo determinandi anni partes, id est, per menses, eorúmque insigniores dies per motum Lunæ: Lunaris namque annus est systema duodecim mensium Lunarium. Hoc modô ex Auctoris verbis satis constat, hujus temporis paganos non constituisse annum Lunarem pro basi Calendarii hoc tempore; sed annum ex Solis motu mensurare satagebant: probari enim potest Veteribus annum Lunarem in usu fuisse, quamvis Aræ tempore cum Christianismo introducto annus Solaris certis de causis acceptus sit, cujus ratio infrà patebit. Si ex menstruo Lunæ motu, tanquam principio, credibile est Auctorem hoc loco id attulisse, sed expressis verbîs dicit: *Tum notarunt ex cursu solis* (sc. *annum*); sed anni partes ex motu & Phasibus Lunæ mensurati sunt. Solaribus, inquam, annis usi sunt sequioribus, de quo anteà; idque forsan ex instituto veterum Macedonum, referente celeberrimo *Langio Lib. I. de Annis Christi Cap.* 14. *pag. m.* 186. cujus verba hæc sunt: *Quibusdam* (scil. Gentibus) *etiam Solares Macedonum Menses in usum recepti sunt, sed aliis nominibûs insigniti, quippe gentes, propriis mensibûs retentis, formam anni & mensium solarium ei applicuerunt: non secus ac Dictator Cæsar Menses Numæ Lunares in Solares immutavit.* Et paulo infrà, de Epocha Nabonassaréa disserens: *utebantur verò*, inquit, *in his annis determinandis, non incerto illo, & ad Lunæ rationes ordinato anno, qui pro ratione Mensium, nunc Major erat nunc Minor, sed certiori, quique ex solis rationibus dependebat.* Sed de his infrà fusiùs. Verùm inficias non eo, usos anno Lunari Paganos illos fuisse, quin adhuc Islandi ad cognoscendum anni hemicyclos, quos vocant *Missere*, eorum computo, cujus fragmenta hodieque in computo Ecclesiastico videre licet, utuntur.

(*g*) *Quod æſtas inclinaret iterum in ver*: Island. *at ſumared munadi aptur til Varſens.*) In his & cæteris nimis obſcurè Auctor ſcribit: ſenſui enim non minùs quam verbis inhæſi. At ſecundum naturæ ordinem dicimus æſtatem inclinare, appropinquante autumnô, & hyemali tempore; & transacta hyeme inſtare ver & æſtatem. Videtur ergo Auctor hoc locô loqui de fine præcedentis & initio ſequentis anni, & inclinationem fieri, ut & initium, autumnali tempore: de quo infrà dicendum, ſumpta æſtate pro prioris anni parte poſteriore, & autumno ſequente de poſterioris anni parte intellectô: quia obſervabant priorem annum poſt Solſtitium Æſtivum abbreviari, & ſequentem poſt Solſtitium Brumale incrementa capere; id eſt, priorem annum transactum & ſequentem oriri ſpatio 364. dierum, ſecundum paganorum obſervationes; & credibile eſt non unius anni tempore abſolutam hanc fuiſſe obſervationem, ſed ſæpiùs â paganis illis repetitam, pro rei certitudine obtinenda.

(*h*) *Sed hoc nemo potuit illis dicere, quòd unus dies eſſet ſuprà* vel *plùs.*) Id eſt, quòd adhuc unus dies eſſet ſuperfluus & reſtaret, ex numero dierum anni addendus, quem non obſervatione ex ſolis curſu aſſequi potuerunt. In Textu eſt: *Enn that cunni engi ſegia theim, at deige einum vas fleira.* Obſcurus videtur hic Aræ locus, ſi ſolis paganis adſcribenda ſit correctio anni Solaris, unde enim poterant ſcire diem unum deeſſe quantitati anni addendum: ſi ſcirent, addidiſſent: ſed quid ſi narratio hæc hunc in modum ſit intelligenda? Aras Sapiens, vel ex accuratioribus poſterioris temporis obſervationibus, vel per commercium litera-

literarum, propagatâ Religione Chriſtiana in Islandia (*), quæ Aræ temporibus incrementa fecit, edoctus annum Solarem conſtare 365. diebus, de ſuo addit hæc verba ex forma anni Juliani, ſecundum Soſigenis inſtitutum: *& nemo potuit illis dicere diem unum eſſe neglectum*; vel *excluſum dierum anni numero adſcribendum*: & præter dies 364. obſervatos ex ſolis curſu, quantitatem anni complentes 52. ſeptimanarum numero pares, unum adhuc reſtare anni quantitati addendum, ut ſint dies anni 365. Sed emergit Quæſtio: Cui adſcribendum hoc addendæ ſeptimanæ inventum? Collatîs hîs antecedentibûs cum conſequentibus, non aſſequor horum verborum ſenſum, ſi hæc inventio ad Thorſteinum Surt ſit reſtringenda, uti vulgo fit interpretatio; ſed conſentaneum videtur, hoc modo: nemo potuit docere in completo anno adhuc deeſſe unum diem integris anni 52. ſeptimanis addendum, priusquam Thorſteni Surts ſomnium per Oſyfum Helgonis explicatum erat. Somnium tamen hoc nihil de Die ex anni qvantitate excluſo exprimit, qvod cuivis legenti patet; ſed per conſeqventiam judicandum, Thorſteinum propoſuiſſe in Foro hoc unius diei additamentum, ex his Aræ verbis: *tha litade hann*; nempe Thorſteinus, de quo infrà plura.

(*i*) *Quam quod reſpondebat integris ſeptimanis in duobus anni hemicyclis*; Isl. *en heilom vikom gegnde i tveim miſſerom.*) Ut fiant hæc clariora, inſtituendus eſt calculus ſequenti modô, vel ex ſententia veterum Orientalium, per anni quadrantes, vel per anni hemicyclos:

P 3 (*a*) Per

(*) *Religio Chriſtiana* publicè recepta eſt A. C. 1000. *Aras* deceſſit A. C. 1148. ætatis 80.

(α) Per *anni quadrantes*:

1. Quadrans	-	91. Diebus
2. Qvadr.	- -	91.
3. Qvadr.	- -	91.
4. Qvadr.	- -	91.
		364. Dies anni.

Ratio: Divisis 364. per 4. dat 91. Diem in quovis qvadrante. Nam omnes Astrologi Chaldæorum, non tam Æqvinoctia qvàm Solstitia observabant, & cùm unum Solstitium cognitum esset, ex hujus rationibus reliqvos cardines ita deduxerunt, ut pari intervallô utrumqve Æqvinoctium ab hyberno Solstitio removerent, diebus 91. Solstitium quoq; æstivum medio loco inter æqvinoctia collocabant, sed eccentricitatem ignorabant. Ergo postea additus est residuus, ex ratione anni, dies, qvem Aras dicit populares ignorasse.

(β) Per *anni hemicyclos*:

Primus hemicyclus		182. Diebus.
Secundus	- -	182. Dieb.
		Anni 364. Dies.

Isti 364. Dies complent duos anni hemicyclos, sive Sept. 52. nullo relicto Die, qvod divisis 364. per 7. levi mementô demonstratur; vel, si ita placet, per *anni hemicyclos*:

4 Prior 182. dier. 17	26. Septimanæ,
4 Posterior 187 dier. 14	26. Septimanæ,
	52 Sept. Anni.

Sed

Sed nemo potuit eos monere de residuo die ex anni ratione ad complendam veram anni quantitatem. Hæc ſunt verba, qvibus Doctus iter melius exprobrat popularibus ſuis inſcitiam de neglecto Die. Niſi diceres Thorſteinum Surt iſta opinione ante ſomnium fuiſſe ductum, ſcil. unum diem eſſe addendum; & his cogitationibus involutum ſomniaſſe qvid novi; nempe, ſe vigilante cæteros dormiiſſe & vice-verſa Sed verba Aræ: *at voro tale* i. e *noſtro calculo*; *verdo IV ſiunt qvatuor*, ſc. *dies*, (de qvibus infra) abunde teſtantur, in uſu fuiſſe numerare ſaltem 364. dies anni ante correctionem, de qva jam dicendum.

(*k*: *Hoc erat cauſa* ſcil. *hujus rei*; Isl. *oc that olli*) quaſi diceret: Siquidem hactenus nemo repertus eſt inter illos paganos, qui ſciret unum Diem deeſſe & addendum, ſi ad Solis motum Calendarium eſſet reſtituendum Sentierunt enim, forſan ex Majorum in Norvegia inſtituto, eorum Calendarium defectu laborare: vel ſi ita placet: Unus dies ex anni ratione, per inſcitiam paganorum, excluſus totam eorum anni conturbavit rationem.

Paragraphus Secundus.

SEd homo nominabatur Thorſteinus Surtr, ille fuit Breidfirdenſis, ſiius Hallſteini, Thorolfi filii Moſtrarskeggia, Repertoris Islandiæ, & Oskæ Thorſteini filiæ, illius Rubri; hic ſomniabat, (*l*) ſe eſſe in Foro judiciali, cùm eſſet frequens, & vigilare, ſed putabat omnes cæteros homines dormire, deinde opinabatur ſe incidere in ſomnum, & opinabatur tum omnes homines cæteros evigila-

gilare. Hoc ſomnium interpretatus eſt Oſyfus Helgonis, avus maternus Gelleri Thorchilli, adeò ut omnes homines recordarentur hujus. Silentium obortum eſt dum loquebatur in foro judiciali, ſed poſtquam ſiluit, tum locuturos id omnes homines quod dixiſſet (*m*), ſed fuerant uterque ſapientes homines valde.

Sed poſtquam venerunt in locum judicialem, tum quæſivit id conſilii coram tribunali (*n*), ut ſeptima quævis æſtas augeretur ſeptimanâ (*o*), & tentandus eventus.

Sed ut Oſyfus interpretatus eſt ſomnium, tum evigilabant omnes ad hoc bene, & fuit tum confeſtim lege ſancitum, conſiliô Thorchilli Mana, & aliorum Sapientum hominum, (eſſe) certo numerô in quovis anno (*p*), quinque dies quartæ centuriæ, ſi non eſſet bisſextilis (*q*), ſed tum uno plus, ſed noſtro calculo fiunt quatuor (dies). (*r*)

Sed cùm hic numerus creſceret, noſtro calculô, ſeptimus quisq; (annus) ſeptimanâ (augendus), (*s*) ſed nullo (die) cæteri (*t*) (augendi).

Tum fiunt ſeptem noſtri (anni) æquales ex utraque parte (*u*), ſed ſi Bisſextiles duo interveniant inter eos, qui augendi ſunt, (ſc. *quemlibet ſeptimum annum*) tum augendus eſt ſextus (*v*).

Ad

Ad voces signis literatis notatas brevis expositio.

(*l*) *Somniabat*: Island. *Hann draimdi*) Somnium hoc nihil præter quandam metaphoram, desumptam à Divinatoribus per somnium inflatis, involvere videtur, ad indicandam inscitiam paganorum, vel ut res proponenda, de hoc uno neglecto anni die, majorem haberet veritatis speciem in incredulis paganorum mentibus, superstitionum tenebris implicatis. Ea enim est humanæ naturæ ac mentis conditio, ut quæ instinctu quodam occurrunt, & spontaneo impetu mentibus ingeruntur, potiora iis, quæ rationibus & argumentis probari possunt, videantur. Accepit forsan uterque fabulam de neglecto hoc die addendo, ut justa numeratione constaret annus diebus 365. sed nullo adhuc nitebatur fundamento; obstante quippe refractione, cujus ratio eruditis, multò magis paganis, ignota erat, ex observatione indagare hunc omissum diem ex anni rationibus haud erat proclive. Nihil hîc de *Sumarauka*, vel qua ratione dies intercalaris sit inventus, dicitur: nec percipio quomodo ejusmodi additamentum ex hoc somnio erui possit; de quibus plura hac vice afferre non attinet.

(*m*) *Tum omnes dicturos quod ille dixisset*: Island. *tha myndi allir thad roma es hann hefdi mællt.*) Intelligo ad Thorsteinum Surt hæc verba restringenda: docent enim antecedentia: *hoc somnium interpretatus est Osyfus Helgonis, Avus Maternus Gelleri Torchilli filii, adeò ut omnes homines recordarentur hujus*; scilicet Thorsteiniani inventi antea ignoti, de addendo uno die; hæc verba referenda ad Osyfum, non ad Thorsteini Surts somnium, nisi quæ-

dam ex autographo ſint excluſa, quod dubito, innixus Auctoritate Celeberrimi Viri, & in eo ſtudio, noſtro ſeculô Maximi.

(*n*) *Tum quæſivit id conſilii in loco judiciali*, vel *foro generali*: Island. *tha leitade hann theſſ rads at Lögbergi.*) Sed quis? Thorſteinus vel Oſyfus? Oſyfo adſcribitur interpretatio ſomnii, qui etiam fuit apud vulgus interpres Thorſteini Surts; ſed ipſe actus & inventio Thorſteino Surt adſcribenda videtur.

(*o*) *Ut ſeptima quævis æſtas augeretur*: Island. *at et ſiaunda hvert ſumar ſkylldi auka.*) Auctor dicit in antecedentibus lit. (*l*) *thann draum réd Oſyfur Helgaſon*, i. e. *hoc Somnium interpretatus eſt Oſyfus Helgonis*; & ad Lit. (*n*) *tha leitade han theſſ rads ad Lögberge*: i. e. *tum conſuluit ille* (Thorſteinus) *in medium, in loco judiciorum vel judiciali*: *at ſiaundahvert Sumar ſkyllde auka*; *ut ſeptima quævis æſtas augeretur*. Hæc inventio Thorſteini Surts omnibus placuit, nempe: ut ſeptima quævis æſtas augeretur Septimanâ, ad complendum dierum anni numerum 365. diebus parem. Sequitur in Textu:

(*p*) *At retto tali i hverio ore etc. ut* (ſcilicet) *eſſent juſto vel recto numerô in quovis* (communi.) *anno*, *quinque dies quartæ centuriæ*, *ſi non eſſet Biſſextilis*. Hoc modô auctus & reſtitutus eſt Annus Solaris, una vice, ut eſſet annus in mente barbarorum vel vulgi per hanc conjecturam, donec res per obſervationem ſe aperiret, Dierum 365. manente interim intercalari in ſua ſede; vel, ut eſſent in quovis anno dies 365. per hanc ſuppoſitionem, quamvis obſervatio non niſi 364. Dies admitteret ob ignotum Solis motum, potius obſervatione quàm conjecturâ cognoſcendum. Hac de cauſa jubebant annum interim conſtare 364. Diebus, donec

donec res ſe aperiret, ut ſuprà dictum; quod indicant verba: *og freiſta hve tha hlyddi.* Vid. Lit. (*s*)

(*q*) *Si non ſit Biſſextilis, ſed tunc uno plus (die)*; Isl. *Ef eige es hlaupaar, en tha einum fleira:*) adeò ut in anno Bisſextili eſſent dies 365. Hinc apparet paganos habuiſſe rationem Bisſextilis, quarto quovis annô, ſed non 365. dierum anni. Quomodo hæc cohærent? non dicam Aram, cui probi & veracis Hiſtorici encomium convenit, aliquid de ſuo hîc adjeciſſe: ſed credibile ex Norvegia paganos, unde oriundi, quandam notitiam anni Solaris & Bisſextilis ſecum attuliſſe: anni verò quantitatis vel oblitos, vel curioſos, alio ſub Horizonte degentes in Islandia, proprio Marte per obſervationes, ad veritatis ſtateram, ex annuo ſolis motu, hanc anni quantitatem examinare voluiſſe. Aſtronomi autem eodem tempore fuerunt rari, præſertim hîc in ſeptemtrione, nec Scientiæ & Literæ adeò excultæ, ut omnibus eſſent proficuæ.

(*r*) *Sed noſtro calculô fiunt quatuor*: Island. *en at oro tali verda IV.*) Scil. quando numerationis inſtitutio eſt communi modô, & hactenus uſitato: conſtat enim annus non niſi Diebus 364. nullúsq; dies in ſex illis continuis addendus eſt præter Bisſextilem, ille ſemper obſervandus. Annus verò Vulgaris ſemper interim diebus 364. conſtabat vulgari calculô. Ergo dicit Auctor: *ad oru tali*; *ſecundum noſtrum calculum*: hac de cauſa jubebant annum interim conſtare non niſi diebus 364. donec res ſe aperiret, ut ſuperiùs dictum. Monet enim B. M. *Theod. Thorlacius*, exemplaris Schalholtenſis Islandici editor, abbreviationem *o*, cum ſuppoſito hamo dextrorſum verſo, notare *vo*; ergo debet legi *voru*, id eſt, *noſtro*, vel vulgari calculô, vel ſecundum vulgi numerandi conſuetudinem. Pergit Textus:

(*s*) *En tha es aicsc at oru tali et siaunda hvert at viko etc. sed cùm cresceret nostro calculo* (vel vulgari) numerus dierum, (tribuendô cuilibet Anno unum diem præter morem) *septimus quilibet* (annus) *Septimanâ* (augendus), retento in mente uno die; qui, pro qvovis anno in præterlapsis septem, vel sex annis præterito, septimo simul addendi sunt dies. Ex his & antecedentibus apparet, annos in diversas Classes fuisse divisos pro rei veritate indaganda, qvo etiam fundamentô infrà facta distributio innititur, adeò ut hæc distributio merum figmentum haberi neqveat. Sapienter hi pagani considerabant luminaria & sidera tardè moveri, qvod etiam omnium Seculorum Astronomorum doctissimi conqvesti sunt causam esse, qvod nondum qvidem Solis & Lunæ loca & periodi exactè cogniti sint, nec forsan determinandi; & fortè lateant hæc in pandectis ævi seqventis, non anteà discenda qvàm librum hunc DEUS, arbiter seculorum, recluserit mortalibus. Qvare conjectabant opus esse majori intervallo ad indagandum eorum motum & mutationes: hac de causa septem annorum elegerunt intervallum, qvô redderentur certiores, utrum Sol propositas in terra metas, pro indaganda anni qvantitate determinatas, vel anteverteret, vel asseqveretur, manente interim priori numerô dierum anni immutato, & Bissextili in destinata sede. Prævidebant forsan qvovis annô unius diei additamentum nullum notabile in Solis cursu discrimen allaturum, quô exactè scirent utrum uno vel pluribus diebus annus esset augendus, vel minuendus, pro justo dierum numero, temporis successu, obtinendo; sed in septem annis, septem diebus semel in fine adjectis, facilè conjectabant, utrum cætera constarent. Et, si ad æqualitatem non redactus esset hac ratione Annus Solaris,

hoc

hoc additamentô faciliùs defectum, vel excessum, emendari posse. Hæc probare videntur verba: *oc freista hve tha blyddi*; i. e. *& tentare successus exitum*; vel quid unius hujus diei additamentum in restituenda anni qvantitate efficeret. Mira ex hac inventione illucescit paganorum ingenii sagatas, & verisimile est, peractô dimidiô Seculô cuivis anno decinceps additum esse hunc diem, & eorum fastos correctos fuisse. Qvamvis æstatis augmentum adhuc in usu sit, an verò hac ex causa, infrà dicendum. Est in Textu ampliùs:

(*t*) *Enn eingo at hino*: i. e. *sed nullo cæteri*,) hoc est, nullo die cæteri anni interfluentes inter septimum quemlibet annum, exceptô Bissextili, sunt augendi, donec probè scirent hoc artificiô anni quantitatem.

(*u*) *Tum fiunt septem anni æquales ex utraque parte*: Island. *tha verda VII. or saman jamnn long at hvero tveggia*.) Qvia in septem annis numerabant quovis annô 364. dies, & septimo annô compensabant cujuslibet anni neglectum diem, scil. per additionem septimanæ, ut ea ratione fierent septem anni æqvales ex utraque parte, & per numerationem paganorum, retentô unô die in mente ex quovis annô, qvi per septem annos faciunt dies septem, septimi anni longitudini addendi. Septimo enim annô quilibet præterlapsus annus ex septem, unius diei particeps redditur, ad complendum annuum Solis motûs circulum. Et meo judiciô sic æquantur anni ex utraque parte, possúntque interjecti 6. anni vocari cavi, ut mensis Lunæ apud veteres 29. Dierum, septimus autem plenus.

(*v*) *Sed si Bissextiles* (*anni*) *duo interveniunt inter eos, qui augendi sunt, tunc augendus est sextus* (*annus*.) In textu est: *En ef hlaupor verda II. a midli theirra es auka skal, tha tharf auka et setta*.)

 Mirè

Mirè torſit hic Aræ locus interpretes, adeò ut vix ſit elabendi rima, niſi textui quædam, vel temporis injuriâ exeſa, vel ſcribarum incuriâ neglecta, addantur, uti Eruditi de hac re ſentiunt. Si quid ergo poſt tot clariſſimorum virorum politiſſimum limatúmque judicium ſuſtinerem temerè de meis ineptiis addere, quid aliud illud eſſet, qvàm, ut dicitur, Iliada poſt Homerum canere. At bona Lectoris veniâ hoc ſi verecundè oſtendero, peto ne mihi qvisqvam arrogantiæ crimen impingat, qvòd tantam rem in tanta ingenii mei tenuitate mihi aſſumam. Digitum ergo B. L. mecum ad fontem intendat. Dicit Auctor: *Sed ſi Bisſextiles duo intercedant inter eos, qvi augendi ſunt, tum augendus eſt Sextus.*

Hæc ita, ſimpliciter & ſine additamento, intelligo: Incipiat numerationis principium poſt ſeptimum annum completum, additamento Septimanæ deſtinatum, ab anno aliqvo præcedente Bisſextilem, Ex. gr. Ab anno 991. ordiatur numerationis principium, & annus præcedens 990. auctus fuerit ſeptimanâ, ab anno 983. (quô Thorchillus Mani etiam adhuc fuit ſupremus judex: non autem aſſerere audeo hæc ipſo eodem annô geſta eſſe) numerandô, tunc augendus eſt ſextus annus, nempe annus 996. & ſuo intercalari, (quod ſine controverſia) per qvem ſortitur dies 365. & præterea diebus ſex, ex qvorum dierum numero adipiſcitur quilibet annus unum diem, nempe annus 992. cum ſuo intercalari 366. Dies, & Annus 996. cum ſuo intercalari etiam 366. Dies, cum cæteris intermediis annis, tribuendô cuilibet anno diem; & hoc modô reſtituuntur ſex præterlapſi anni, ſex diebus, cum duobus intercalaribus, qvod conſentire videtur cum his verbis Auctoris: *tha ſkal auka et ſetta*; i. e. *tum ſextus* (annus) *eſt augendus*: ſcil. qvando in hanc claſ-

classem incidunt duo intercalares. Annus ergo 997. constituet principium novæ classis & numerationis, per seqventes septem annos duraturæ, & sic in certas classes diviserunt annos per hanc praxin. Sed oritur Qvæstio: Qva ratione est sextus annus vel sex, vel septem diebus augendus? Resp. patet (1) ex contextu & mente Auctoris hunc sextum annum non augendum esse septimanâ, vel diebûs septem, aliàs foret hic annus uno die plus justô longior: augmentum qvippe septimanæ in præcepto respicit semper septem annorum classem, tribuendô cuilibet anno diem, ex hoc septimanæ augmento desumptum ordinariè in hac annorum classe. (2) Si hic annus augendus esset, qvemadmodum ordinaria septem annorum classis, tum Auctor non specialiter jussisset certa conditione: *si duo Bissextiles intercedant*, *augere sextum* (annum). Ratio: Qvemadmodum in priore classe septem anni, septem dierum; sic etiam in hac sex anni, sex dierum supplementô sunt restituendi. Ergo (3) sex dierum augmentô est sextus hic annus augendus, ut quilibet annus ex antecedentibus in hac classe etiam unius diei particeps redderetur ad evitandam confusionem: quæ omnia seqventi calculô, collatis annîs Paganorum cum Julianis demonstranda. Altera Qvæstio hinc procedit: Qvare auxerunt hunc sextum annum propter interventum duorum intercalarium, vel Bissextilium, omissa translatione augmenti in septimum annum ut antea dictum? Hæret aliquantulum aqva in enodanda hac qvæstione, & conjecturîs oculos Eruditorum fatigare non sustineo: bonâ tamen veniâ leve meum super ea re judicium in medium proferam: Si augendus esset septimus annus in hac classe, tum ter intercalaretur hujus Septennii primus, penultimus & ultimus

annus,

annus. Ex. gr. Si ſumatur annus 991. (circa qvem annum hæc ſint geſta) pro primo hujus claſſis anno, tum intercalandi eſſent anni 992. 996. & tandem 997. ſeptimanâ, quod providè ad evitandam confuſionem, cavebant. Ergo inſtituerunt in hoc caſu ſextum annum ſex diebus augere: orditúrque ſeqvens annus 997. novam claſſem ſeptem annorum, ſeptimi deinceps anni ſeptimanâ complendam. Sed ſuum cuiqve relictum eſt judicium, cedítque hoc leve rationi probabiliori.

Pro 6. Annis Julianis.			Pro 6. An. Paganorum.		
991	Conſtat Diebus.	365	991	Conſtat Diebus.	364
Biſ. 992		366	B. 992		365
993		365	993		364
994		365	994		364
995		365	995		364
B. 996		366	B. 996		365
			Augmentum.		6. Dier.
6. Juliani dant Dies 2192.			6. Pagan. dant 2192. Dies.		

Nova claſſis ſeptem Annorum uno Bisſextili conſtans.

Julian.			Paganor.		
997	Conſtat Diebus	365	997	Conſtat Diebus	364
998		365	998		364
999		365	999		364
Biſ. 1000		366	B. 1000		365
1001		365	1001		364
1002		365	1002		364
1003		365	1003		364
					Dies Ad. 7
Dant Dies 2556.			Dant Dies 2556.		

Nova

Nova Classis sex annorum duobus Bissextilibus constans.

Jul.			Pagan.		
B. 1004	Constat Diebus	366	B. 1004	Constat Diebus	365
1005		365	1005		364
1006		364	1006		364
1007		365	1007		364
B. 1008		366	B. 1008		365
1009		365	1009		364
					6. Dies Add.
Dant Dies 2192.			Pagan. 2192 Dies.		

Classis 7. Annor.	Classis 7. Annor.	Classis 6. Annor.
1010	1017	1023
1011	1018	B. 1024
B. 1012	1019	1025
1013	B. 1020	1026
1014	1021	1027
1015	1022	B. 1028
B. 1016		

Classis 7. Annor.	Classis 6. Annor.
1029	B. 1036
1030	1037
1031	1038
B. 1032	1039
1033	B. 1040
1034	1041
1035	

Classis 7. Annor	Classis 7. Annor.	Classis 6. Annor.
1042	1049	B. 1056
1043	1050	1057
B. 1044	1051	1058
1045	B. 1052	1059
1046	1053	B. 1060
1047	1054	1061
B. 1048	1055	

Claſſis 7. Annor.	1062	Claſſis 7. Annor.	1069	Claſſis 6. Annor.	B. 1076
	1063		1070		1077
	B. 1064		1071		1078
	1065		B. 1072		1079
	1066		1073		B. 1080
	1067		1074		1081
	B. 1068		1075		
Claſſis 7. Annor.	1082	Claſſis 7. Annor.	B. 1089	Claſſis 6. Annor.	B. 1096
	1083		1090		1097
	B. 1084		1091		1098
	1085		B. 1092		1099
	1086		1093		B. 1100
	1087		1094		1101
	B. 1088		1095		
Claſſis 7. Annor.	1102	Claſſis 7. Annor.	1109		
	1103		1110		
	B. 1104		1111		
	1105		B. 1112		
	1106		1113		
	1107		1114		
	B. 1108		1115		

Hinc apparet quomodo Primus & Secundus Biſſextiles admittunt Sex annorum; cæteri verò Septem annorum claſſem.

At inſtet aliquis: Video in claſſe Septem annorum ſæpiùs adeſſe duos Biſſextiles, quod adverſatur præcepto Auctoris: *ſed ſi Biſſextiles anni duo interveniunt inter eos, qui augendi ſunt, tunc augendus eſt Sextus.* Reſpondendum: In hac Claſſe adſunt quidem duo Biſſextiles circa medium & finem, ſed non interveniunt: Biſſextilis enim in fine non intercurrit, ſed finit ſeptimum annum, cui augmentum adhæret. Sed non ita in Sexta claſſe: ibi enim intercurrunt Biſſextiles duo, cùm vel primus vel ſecundus ſint Biſſextiles ſemper, ut & penultimus vel ultimus in hoc caſu, de quibus anteà dictum ad lit. (v). Terminatur hîc Schediaſmatis Sectio I. Sequitur jam ex adverſariis meis præpoperè eruta Sectio altera, exaſciata tantùm, non perpoſita.

SECTIO SECUNDA,

De Annorum Initio apud Veteres.

VAriarum gentium annorum exordia post tot graves viros, omníque doctrinarum genere qlaros, si recitare & à capite hoc arcessere argumentum conarer, quid aliud esset, quàm eandem cramben decies recoquere? Annorum verò initia veterum Norvegorum, & deinceps Islandorum, à prima repetere origine, quantum ex literarum monumentis & domesticis antiquitatibus licet, aggredior.

Recordor in prioris Sectionis paragrapho primo nonnulla me annotasse ad hæc verba: *tha mercdo their at sólar gange, at Sumaret munadi aptur til varsens*; id est: *Observabant ex cursu Solis æstatem vergere ad ver.* Genuinus sensus verborum hic est: ex cursu Solis attendebant in hemycylo autumnali Solem recedere ab eorum vertice, quod hyemem portendebat: & iterum (quod hujus est loci) accedere ad eorum verticem Solem, quod signum & indicium erat veris & æstatis. Sed quô anni tempore hoc observarunt, altioris videtur esse indaginis. Quo auctore in regna Septentrionalia; quibus rationibus & quo tandem Seculô, annorum ordo & initium introductum sit, & hemicycli anni, mox meâ quidem opinione, videbimus.

Temporis partitionem cum Deorum cultu, aliisque ritibus, quâ etiam lege vinciendi essent subditi, antiqua membranarum monumenta videntur asserere Odinum intulisse & instituisse: fuit enim vir sagax, polyhistor, & Asiaticarum rituum legúmque gnarus, ut *Snorro Sturlæus* in Chronico Norvegico his verbis de eo testatur: *Odinn vár*

gösgastr af öllum, oc af bönum naamu their allar Ithroottir; thvi at hann kunni fyrst allar, oc thoo flestar; id est, secundum Torfæum: *Odinus omnium fuit præstantissimus, & cæteri omnes artes ab eo didicerunt, quia is primo omnes calluit. Enr fyr thi Odinn var forspaar oc fiölkunigr, tha visse hann, at hans Asqvæme munde umm Nordr-halfo Heimsins byggia*: quod ita vertitur: *Et quoniam Odinus erat futurorum vates & magus insignis, tum sciebat progeniem suam in boreali mundi plaga imperaturam.* Cui adstipulatur alius locus ex Edda, (libro Mythologico veterum Islandorum ad Odinum & Asas relato, cujus Auctor idem *Snorro* putatur,) his verbis: *Hans* (loquitur de Fiarlafi patre Finno) *son Fiarlaf, er ver köllum Fridleif: hann aatte thann son er nefndr er Vodinn; than köllum ver Odinn: hann var agætr madr af speke oc allri atgiörfi.* Id est: *Illius* (Finni) *filius Fiarleifus, quem vocamus Fridleifum, genuit illum filium, qui vocabatur Vodinus; hunc vocamus Odinum: ille erat egregius vir, sapientiâ & omni decore præstans.* Ultra hujus adventum in Septentrionem, historiam regionum borealium non extendunt antiqui nostrates Scriptores: illum etiam in borealia regna leges & varios ritus intulisse asserit *Snorro Sturlæus* in prædicto chronico, his verbis: *Odinn setti Lög i landi sino, thau er gengit höfdo fyrr med Asom*; id est: *Odinus in regno suo leges sancivit, quæ inter Asos in usu fuerunt.* Et in Prologo *Eddæ* ita scribit: *Skipadi hann thar Höfdingium i tha liking sem verit hafdi i Trojo; setti XII. Höfudmenn i Stadinum at dæma Lands-lög, oc svâ skipadi hann Rettum öllum sem fyrr höfdu verit i Trojo, oc Tyrkiar voro vanir.* Hæc ita vertit *Magnus Olavius*: In urbe Sigtunensi in Svecia Odinus *principes constituit XII. ad imitationem Trojæ, qui leges tuerentur, & judicia*
exer-

exercerent, secundum consvetudines Turcicas. Hæ leges & constitutiones ad Rempublicam spectant. Quod ad Deorum cultum & Sacrificia (quæ *Bloot* vocabant) attinet, idem Snorro his verbis ex eodem libro docet: *Thà skyllde blota i mot Vetri til Ars; en at midium vetri blota til grodrar; et thridia at Sumri. That var Sigur-bloot.* Qvod ita vertit *Thormodus Torfæus*, (conterraneus meus): *Terna quotannis Sacrificia solenniter celebranda fuerunt: Primum sub initium hyemis, pro cœli temperamento & clementia; Secundum media hyeme, pro fertilitate terræ, & annonæ proventu; Tertium sub æstatem, pro victoria in posterum retinenda.* Hæc Snorro.

Notandum verò, vocabulum *Ar* vel *Aar* accipi: (1) pro annuo temporis spatio: id quod probatur ex *Schedis*, tanquam antiquissimo ad nostra usque tempora conservato apographo, his verbis: *oc vas that tha thegar i Lög leidt, at raadi Thorkels Maana, oc annra spakra manna, at retto tali, i hverio Aari, V. daga ens fiorda hundrads*, &c. Versionem hujus loci vide in *Schedis Arii*, novissimæ editionis, *Cap. 4. pag. 25.* Conf. *priorem* hujus Schediasmatis *Sectionem, Paragr. 2. not.* (p) Vide etiam *historiam Christianismi in Islandiam introducti*, *pag. 24.* & passim alibi: (2) pro principio haberi vocem *aar*, refert *Torfæus* in *Serie Dynastar. & Regum Daniæ pag. 317.* Gudmundum Andreæ statuisse: nec abludit *Voluspaa, stroph. 2. 3.* & 52. (3) pro Cœli temperamento & clementia, ut locô allato ex Snorronis verbis probatur; similiter ex historia Regis Norvegiæ, Olavi Tryggvini, & quidem ex oratione, quam ad populum pro religione Christiana in Regnum introducenda habuit. Verba hæc sunt: *Their kendu bönum* (sc. Frey) *aar og frid*: i. e. *adscribebant illi* (sc. Freyo) *Cœli temperamentum & clementiam, vel annonam*; & mox: *oc*

 hielldst

hielldst tha aar oc fridr; *& tum conservabatur annona & pax.* Adde *Eddæ Prologum*, & quæ *Torfæus* habet de Frodio Pacifico; *Ser. R. D. pag.* 265.

Paucis jam exposita significatione vocabuli *aar*, quatenus huic materiæ illustrandæ id conducere potest; superest demonstrare, quomodo anni initium ex his dictis per consequentiam erui possit. Sed antequam rem aggrediar, videndum erit, qualis forma & constitutio anni apud veteres Septentrionis incolas fuerit, inprimis in paganismo.

Prisci ævi historia annorum numerum in Chronologia ignotum affert; sed annuum temporis spatium dividebant veteres in duos hemicyclos, hyemalem & æstivalem. De hyemali dictum obiter est in allegatis Snorronis verbis deOdino, quod etiam ex Aræ Schedis, & tota Historia Norvegica demonstrari potest; eadémque ratione de æstivali: adeò ut hæc repetere supervacaneum videri possit; sed quædam saltem argumenta in medium proferenda, ad probandum quo anni hemicyclô exordium anni factum sit: persuasum enim habeo tam ex Aræ Schedis quam aliis historiis, quæ de rebus in paganismo gestis conscripta sunt, ante introductum in Boreales has regiones verum DEI cultum, nullum annorum numerum allatum, sed annuum temporis spatium per hyemes annotasse veteres. Exempla quædam ex Aræ Schedis, & ante, & post introductum veri numinis cultum sequentibus adferam.

Orditur Aras Cap. I. inhabitatæ Islandiæ Epocham à cæde Sancti Edmundi, Anglorum Regis, & Salvatoris incarnationis anno DCCCLXX. eámque potiùs exteris quam incolis notam: Christo enim priùs in Anglia, quàm in Islandia nomen dederunt incolæ, & æra Christi ibi pri-

ùs

ùs fuit recepta, uti refert *Joh. Mabillonius*, Gallus, & alii Chronologi, tradentes Dionyſium Exiguum Annô Chriſti DXXV. primò mutâſſe æram Diocletianam, quæ à Romanis Imperatoribus duxit originem: & ſecundum inventam ab eo æram Chriſti annos pro fundamento Chronologiæ ſtatuit Aras. Non tamen hæc ratio valuit; verùm ducentis annis poſtquàm *Beda Venerabilis*, Monachus in Anglia, ſuam abſolvit hiſtoriam, quæ æram Chriſti pro radicali habet, *Paulus Diaconus* hanc reſumſit calculandi formam, ab anno Chriſti CCCXCII. & ſic conſequenter, quod alicubi me legiſſe memini. Sed ſcinditur incertum ſtudia in contraria eruditorum judicium de ea materia, quam litem cùm dudum ſopitam autumem, mearum non facio partium. Refert *Ughellus* in ſua *Italia Sacra* Carolum Magnum nonniſi unam Bullam ſub æra Chriſti 783. ſignâſſe, quo anno conjux ejus mortua. Bulla erat fundatio pro Metenſi S. Arnulfi Cœnobio. Hîs in medio relictîs pergo ad cætera.

Aliam æram recitat Aras popularibus notam ab annis ætatis Regum Norvegiæ, quam probo eſſe gentilium. *Ingolfr het madr Norrænn, es ſannlega et ſagt at fære fyrſt thadan til Islandzi, tha es Haraldr enn Haarfagri var XVI. vetra gamall*: quæ ita expono: *Ingolfus vocabatur vir Norvegus, qui ferè dicitur primò profectus eſſe inde in Islandiam, cùm Haraldus Pulchricomus fuerit ſedecim annorum ætate*. Et paulò inferiùs eod. Cap. *Enn ſva er ſagt, at Haralldr veri LXX. vetra Konungr*; i. e. *Sed ita relatum eſt, quod Haraldus fuerit LXX. hyemes Rex*. Plenæ ſunt plerumque omnes Borealium Regnorum hiſtoriæ hoc temporum & annorum charactere. Videatur *Landnama* ſeu Liber originum Islandiæ; etiam *Vita Regis Olai Tryggvini*, præter alia multa antiquitatis literarum monumenta.

Exi-

Existimo igitur satis notum veteres Norvegos, & ex his Islandos in paganismo annorum numerum per hyemes numerasse. Principium desumtum videtur ex numeratione Noctium pro tempore nycthemerino, quod priscis in usu fuit. Sic *Nicolaus Damascenus* de moribus gentium, apud *Stobæum*, refert *Serm.* 165. Nomides Lybiæ populos non diebus sed noctibus numerare tempora. De Gallis idem refert Cæsar de belloGallico Lib.VI. Cap. 18. ubi: *Galli*, inquit, *se omnes ab Dite patre prognatos prædicant; idque à Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatium omnis temporis, non numero dierum, sed noctium, finiunt; & dies natales, & mensium & annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur.* Ita etiam judicare licet hyemes æstates antecessisse, & priorem anni partem pro hyeme, posteriorem pro æstate sumtam, quod, ut priori Sectione dictum, ex Schedis & aliis historiis videre licet: Sed cùm omnia loca adferre, & tritis his annorum characteribus lectorem detinere nimis haberet tædii, potiùs ad caput rei me conferre, & quô mense annus exordium ceperit, demonstrare juvat.

Quoniam verò initia dierum à nocte, & annorum ab hyeme sumserunt hi pagani, sole ad verticem eorum, in determinatione anni, vel accedente vel recedente; non abſimile videtur statuere circa æquinoctium autumnale illos paganos incepisse annum; quod sequentibus ita probo: Odinus, ut antea dictum, ex Asia in Europam transmigravit, & cum aliis ritibus etiam hanc methodum Septentrionalibus indicâsse per consequentiam probari potest.

Quòd in Asia minori moris quondam fuerit annum circa æquinoctium autumnale vel à proximo pòst plenilunio incipere, ex sequentibus patet & variis Chronologo-

rum

rum scriptis. Unum locum adferam ex *Jacobi Christmanni commentario de ratione Calendarii Rom Ægypt. Arab. Persici* &c. qui instar multorum legi potest *pag. m.* 304. ubi: *Annus, inquit,* 286. *ante ordinationem Julianam numerum aureum habet XIX. qui in Calendario Juliano ponitur ad* 3. *id. Aprilis, & recurrit* 6. *die Septembris, uti novilunium indicat: quare nocte, quæ secuta est* 20. *Septembris, fuit eclipsis Lunæ in oppositione Luminarium, & die undecima post defectionem lunarem Darius, magnâ clade acceptâ, ab Alexandro M. fugatus est cum reliquo suo exercitu; Kalendis scilicet Octobribus. Unde Macedones occasionem sumserunt, ut suos annos deinceps ordirentur à Kal. Octobris, quibus suum Hyperberetæum accommodârunt: quod etiam Syri & Arabes postea sunt secuti in Annis Alexandri Dhilkarnaim consignandis.* Adferam adhuc alium locum ex *Wilhelmi Langii* erudito Scripto *de annis Christi Cap.* 16. *pag. m.* 234. ubi ita loquitur: *Nihil ergo certius est, quàm Chaldæos antiquissimam anni rationem in usu civili fuisse secutos, quod & Epocha anni confirmat. Neque enim dubium est, quin anni hi Chaldaici illi sint, quos Græci Seleucidarum, Orientales Terik Dhilcarnaim vocant, quique à Seleuci Imperio procedunt, quando ille Babyloniam receperat, & Nicanore Antigoni duce superato, Mediam Susianam, aliásque provincias sibi subjecerat. Quod Diodorus contigisse refert* Olymp. *CXVII. an. primo, sive Per. Jul.* 4402. *& ab Octobri hujus anni Albategnius Epocham* διχότομος *auspicatur, ut ex plurimis apud eum exemplis patet. Initium ergo annorum Chaldaicorum in autumno* 4402. *constitui debebat, siquidem Macedonum Epocham secuti fuissent.*

Præsuppono hæc novisse Odinum illum Sigtunensem, (sic dictum quòd conditæ ejus urbis auctor fuerit; pravè aliàs

Upsalensis qui dicitur) quem *Torfæus* probat huc in Europam LXX. annis ante natum Christum venisse; & ante ejus adventum nullam certitudinem historiæ Daniæ, Norvegiæ, & Sveciæ haberi. Nititur potissimum assertio istæc his *Rimbeiglæ* verbis, quæ exstant apud *Torfæum Ser. R. D. p.* 148. *Upphaf allra frasagna i Norrænni tungo, theirra er sannindi fylgia hefzt thaa er Tyrkir oc Asiamenn bygdu nordrit*: hoc est: *Principium omnium historiarum in Lingua Norvegica (id est, de populis Norvegicâ linguâ loquentibus, Danis, Norvegis, Suecis) quæ veris relationibus innituntur, incipit ab eo tempore, quo Turcæ & Asiani Septentrionem incoluerunt.* Confer. *Torf. Ser. pag.* 264. & 266. etiam de hujus Odini immigrationis tempore pag. 105. & 106. Add. *pag.* 113. Non ignotam vero Odino fuisse hanc annorum rationem inde concludo; quòd Anno mundi 4032. incepisse Æram Alexandri Dhilcarnaim: Anno Mundi 3961. natum esse Salvatorem, perhibent summi Chronologi: LXX. annis ante Christum, uti ex *Torfæo* notavi, *Odinum* (verbis ejus utor *pag.* 244.) *ex Asiæ tractu, circa Syndicam ad Bosphorum Cimmerium sito, urbe Asgardô, cum magna hominum multitudine per immensa terrarum spatia in Septentrionem nostrum migrasse, ex veridicâ Scriptorum nostrorum relatione discimus.* Si jam addantur 70. anni ad annos nativitatis Christi à mundo condito, & subtrahantur ex 4032. emergit annorum numerus ante discessum Odini ex Asia ad tempus institutæ æræ, adeò ut Odino satis nota fuisse videatur hæc annorum ratio; quod temporis spatium ad annos 371. se extendit. Cùm verò præter opinionem prolixior factus sim, atque,

– – *si prima ab origine pergam,*
Antè diem clauso componet vesper Olympo;

è diverticulo in viam redeam,

Repe-

Repetendum ergo erit Odini mandatum suprà allatum: *in autumno pro anno sacrificare.* Hinc præsumere licet, Islandos cum autumno inchoasse annum; ad id credendum adductus sum loco in *historia Regis Olavi Tryggvini* & quidem in fragmento, quod inscribitur de Helgone Thoreris filio, *pag.* 146. 147. quem fratre Thorsteinô comitatum in Finlandiam, mercium caussâ navigâsse, æstate verò propemodum transacta domum revertendô cum ad quoddam promontorium ab amœnitate *Unnund* dictum appulisset, trinoctii spatiô Virginis cujusdam amplexibus potitum domum faustô itinere circa festum Jolæ rediisse: de quo tempore hæc sunt Auctoris verba: *nu lydur sva framm til Joola*; id est, *jam ita labitur (tempus) ad natalitia Christi*: tunc temporis enim prædicatione & persuasione Regis Olafi Tryggvini magna Norvegiæ pars Christo nomen dederat. Pergit Auctor narrandô: quâdam posteà nocte, magnâ obortâ tempestate, ipsum cum fratre Thorsteino portum petiisse ad explorandum navium conditionem & locum: omnia verò farta tecta reperiisse: interim magnô auribus perceptô tumultu, duos homines equis vectos Helgonem ab oculis fratris subduxisse, quô factô sedatam fuisse tempestatem & Thorsteinum fratre orbum domum petiisse casúmque patri (Thorero Comiti) narrasse; cui autem hæc ad Regem referenti & de filio amisso restituendo opem imploranti Rex responsum dedit, serò illum suis profuturum. Porro dicit Auctor: *Sidan foor Thorir heim, og lydur sô thetta aar, allt framm ad Jool annad aar.* Id est: *Deinde Thorerus domum est profectus, & transactus hic annus usque ad Jol sequenti anno.* Vides, benevole lector, festum *Jol* non fuisse anni initium, sed priori anno & hyemi adhæsisse, quando Helgonis pater, Thorerus, primâ vice

 Regem

Regem adiit, & cognitâ re, adhuc annum præterlapſum usque, ad feſtum *Jol* ſequentis anni, donec de Helgonis ſtatu Rex certior factus fuiſſet. Ergo cum hyemis initio (ut opinor) auſpicabantur annum, quod cum lege Odiniana (de quâ prius) convenire videtur.

Adhuc in duas partes dividebant hyemis tempus, priorem ab ejus initio ad menſem dictum *Thorri* (vel *Midsvetrar maanadr*, i. e. medii hyemis menſem), inde *Thorra-Bloot*, id eſt ſacrificium in media hyeme peractum, cujus mentio ſuperius facta eſt, & hiſtoriæ frequenter meminerunt: poſteriorem verò partem ad æſtatis initia extendebant. Deinde ſecuta æſtas in duas itidem partes diviſa eſt; hinc *midtſumar*, *media æſtas*.

Verùmtamen præter *Thorra-bloot* memorat *Hiſtoria Olavi Tryggvini Cap.* 175. *Goou-bloot*, Sacrificium menſe Goâ celebrandum. Poteſt quidem credi, tempore ethniciſmi tale aliquod Sacrificium extitiſſe: id tamen nil turbat hanc hyemis diviſionem bipartitam, quæ omnino convenit cum loco Snorronis ſuperiùs allato. Verùm quòd auctor hæc duo Sacrificia â *Thorri* & *Goi*, quaſi vivis quibusdam perſonis denominaverit, mera eſt alluſio, ut mox infrà, cum de menſium appellationibus agitur, oſtendam.

Exiſtimo igitur, ex his & ſuperioribus quodammodo conſtare, cum hyeme veteres auſpicatos annum. Supereſt breviter inquirere: (in his enim omnibus ſtudeo brevitati) quo menſe cæperit hyemis primordium? Quòd hyems cum autumno, vel circa menſes autumnales, initium habuerit, ex anteà dictis haud indubiè colligi poteſt, idque in Octobri: ille enim menſis in autumno videtur ultimus apud pleroſque Septentrionales populos habitus. Ratio: quia omnes

omnes fruges tunc ad maturitatem pervenerunt, terrâ floribus & leguminibus exutâ, juxta illud Horatii:

Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox
Bruma recurrit iners.

Si â Romanis incipiam calculum ducere; illi annum incipiebant â novilunio, æquinoctio autumnali proximô, quod ex *Dionysio Petavio de Doctr. Temp. Josepho Scalig. de emendatione Temp.* & aliis peti potest. Vide etiam *Tabb. Astronomicas Dn. de la Hire, pag. m.* 23.

Jam confero me ad inductionem veterum Calendariorum Islandicorum secundum correctionem Julianam institutorum, quæ quamvis supersint pauca, eaque non integra; anni tamen partes per bonam consequentiam ex historiis erui possunt: in quibus Calendariis justum tempus determinatum; & quo mense autumnali constituendum sit initium anni, usque ad introductam per regem Olavum Trygguinum Religionem Christianam, primò in Norvegiam, deinde in Islandiam; & quidem longô posteà tempore. De posterioris temporis annorum initiis hîc non quæritur, nec ad propositi metam hæc collineant.

Vir Historiæ veteris Borealium regnorum peritissimus (τῶν ἐν ἁγίοις) communicavit mecum Nomina mensium, ut forsan in paganismo exstiterint: obtinent enim Islandicæ vel veteris Norvegicæ linguæ nomina, illiteratis quoque & vulgo haud ignota. In hoc catalogo primas tenet *Gor-maanadr. Gor significat sordes intestinorum pecudum, quæ abluuntur tempore mactationis: Maanadr* autem est *mensis.* Incipiebat ille à medio Octobris, & durabat circa medium Novembris. Secundus *Ylir*, id est, ululans, gemens, quasi tunc omnia ingruentibus frigoribûs plangant & ingemiscant. Tertius *Mör-sugr*, id est, sevisugus, pro-

per nimiam frigorum vim & vehementiam. Quartus *Thorri*, fortè *pars magna.* Vide *Landnam. Part. V. pag* 174. *lin.* 4. Quintus *Gooi*, vel *Gooa*, quam voculam quispiam cognatam vult verbo *at giæast*, id est exserto capite speculari vel scrutari; & *giæur*, Speculatio; quasi terra tum primum incipiat exserere caput suum seu cacumina, per dissolutionem nivium indies magis magísque apparentia. Nil moror ea, quæ habentur in *Hist. R. Olai Tryggvini* Cap. 175. ubi auctor *Thorri* & *Goo* tanquam personas, & quidem patrem & filiam inducit, quibus etiam hæc mensium nomina suam deberent originem. Verùm ego censeo totam illam narrationem potiùs mythicum quid, quàm historicum continere. Ex. gr. pater *Thorri erat Snær hinn gamli* (i. e. nix illa prisca); avus *Frosti* (i. e. gelidus vel frigorificus); proavus verò *Kaari*, (i. e. ventus) cujus fratres: *Hler*, (mare seu aqua) & *Logi* (i. e. ignis.) Sextus mensis est *Ein-maanadr*, id est, *unus* vel *solus mensis*, quia tunc unus ille mensium hyemalium est residuus. Hi omnes sunt hyemales menses; quivis triginta noctium. Hinc etiam liquet, quomodo singula nomina ad rem rusticam sint accommodata: quippe *primi* mensis nomen rusticos admonet de instanti mactationis tempore, ut hac ratione & domui prospiciatur, & inutilis gregis multitudo dematur: *secundi* & *tertii* nomina curam demandant ovium, à frigoribus, ne opprimantur, tutandarum: reliquorum autem mensium nomina anxiis rusticorum pectoribus de hyemis recessu appropinquante, consolationem afferunt gratissimam. Septimus, *Gaukmaanadr* avium mensis, à dimidio Apr. ad dimidium Maji; ita dictus à cuculi aliorúmque avium cantu: est enim primus æstivalium. Octavus *Egg-tijd*, ovorum tempus. Nonus *Sool-maanadr*, Solis

mensis,

mensis. Decimus *Mid-sumar*; media æstas. Undecimus *Tvij-maanadr*, duorum (vel dualitatis) mensis, quia tunc duo æstatis remanent menses, quibus homines de providendis sibi in subsequentem hyemem alimentis tempori admoneantur. Duodecimus. *Haust-maanadr*, *autumni mensis*. Hi menses omnes tricenarii erant, præter Solis mensem. Ille 34. annus autem 364. Dier. de quo antè. Nec piget his annectere insignem locum ex posteriori Eddæ parte (ubi de temporum nominibus agit) depromtum; multum enim inde lucis fœneratur mea, de hyemis initio, superiùs allata assertio, & dicta mensium nomina magno consensu corroborantur, novis aliquot insuper additis. Integrum igitur locum primò exscribam, deinde fideliter, quantum potero, exponam. Sic autem verba jacent: *Fraa Jafndægri er Haust, til theß er Sool setst i Eyktar-stad. Thaa er Vetr til Jafndægurs. Thaa er Var til far-daga. Thaa er Sumar til Jafndægurs. Haust-maanadr heitir inn næsti fyr Vetr. Fyrst i Vetri heitir Gormaanadr. Thaa er Frer-maanadr. Thaa er Haust-maanadr. Thaa er Thorri. Thaa Goimaanadr. Thaa Ein-maanadr. Thaa Gauk-maanadr oc Saadtijd. Thaa Egg-tijd oc Steck-tijd. Thaa er Sool-maanadr oc Sel-maanadr. Thaa ero Hey-annir. Thaa er Kornskurdarmaanadr*. Hoc est: *Æquinoctium sequitur Autumnus, donec Sol locô Eyktæ occidit. Inde hyems ad æquinoctium. Inde ver ad dies Transitionis*, (id est tempus commutandis habitaculis dicatum (†). *Inde verò æstas usque ad æquinoctium. Proximus*

(†) *Eykt* vulgò significat trium horarum spatium. Sed quondam Paparûs tempore peculiaris erat hora pomeridiana, quæ incepit nostra horâ tertia & dimidiâ, finiítque horâ dimidiatâ quintâ. Hinc antiquorum *eykt-helge*, id est cessatio à labore horâ *Eykt*, quin

ximus ante hyemem mensis vocatur mensis autumnalis, primus hyemis mensis sordium pecoris (seu nondum concoctorum alimentorum, quæ ex ventriculis pecudum, rumento & omaso inter mactandum erumpunt: hæ sordes propriè *Gor* appellantur). *Deinde sequitur mensis frigorum* (seu glacialis); *quem excipit mensis vervecum seu vervecinus* (ab admissurâ vervecum sic dictus): *deinceps mensis Gooi* (seu eruptionis terræ): *deinde Ein-maanadr*: (seu mensis solus remanens, (††) de quibus suprà.) *Deinde mensis avium, & sementis tempus*: *deinde tempus ovorum & caularum* (ubi pecora mulgentur, & agni à matribus noctu separantur) *insequitur*: *deinde mensis Solis & tuguriorum* (in montanis pascuis sitorum, ubi ex lacte pecoris conficiuntur cibi): *deinde fænicæcia*; *& postremò mensis messis*.

Constat itaque, nomina mensium à rebus & temporis circumstantiis ducere originem, adeò ut nihil commune cum Romanis videantur habere; etiam ante literas, quæ cum Christianismo (ut opinor) introductæ fuerunt, exstitisse.

Jam facienda est mensium partitio. *Gor-maanadr* incipiebat in medio Octobris & duravit ad medium Novembris. Memini scripsisse me priùs, Annum in Octobri suum

quia diebus Saturni, aut festa proximè præcedenti die, erat ab hac hora, secundum leges Ecclesiasticas, operum vacatio, ut nil quicquam tum operari liceret.

(††) Hic inchoat septimam ab ingressu æstatis septimanam, incipítque eodem, quo æstas ipsa, die, nempe Jovis, adeò ut hic dies semper sit 43. æstatis; sextus verò dies Jovis ab initiali æstatis, immediatè insequens. Durat autem hoc tempus per tres dies, Jovis, Veneris & Saturni, cum quo simul exspirat.

ſuum habuiſſe initium, idque in primo hybernali menſe. Nunc probandum reſtat, quô die, vel circiter, hoc principium ſit ſtatuendum. Inſpiciamus librum legum ſancti Olavi, Norvegiæ Regis, Sectione, quæ agit de Prædiis & villis conductitiis, & de rebus, conducentibus ad pacem inter colonos circa agrorum terminos conſervandam vulgò *Lands-leigu-Balkr*, ubi Capite XXVIII. hæc exſtant verba: **De gierder ere louglige**, &c. loquitur legislator de ſepimentis in agrorum confiniis inter vicinos, & ſepimentorum ſtructurâ: deinde terminum deſcribit à quô, nempe à die Inventionis crucis, & ad quem, videlicet ad diem Calixti, his verbis: *Theſſe giærde ſchulle være færdige giorde ath Korsmóſs om Vaaren, oc holdes ſaa fremdelis indtil Winthernatten, ſom er Calixti, therſom hóó oc korn er ude.* Translatio: *Hæ ſepes confectæ eſſe debent ad diem S. Crucis (5. non. Maji) in vere, & porro continuare ad hyemis noctem, quæ eſt Calixti, ſi fænum & fruges non ſint recondita.* Conf. *Legg. Norveg. Cap. XXII. Art. 9. & Petri Claudii*, Presbyteri quondam Undalini, *Norv. Deſcriptionem pag.* 34. Si hæc Legis verba conferantur cùm Calendariis & Diariis antiquis, videbis, Benevole Lector, Calixti Diem eſſe XIV. Octobris, atque ab eo hyemem initium ſortitum, & conſequenter annum. Calendaria & faſti Islandici circa hoc tempus adhuc, majorum inſtitutô, hyemem inchoant; ſed invecto verô DEI cultu annum à Januario incipiunt. Dabis quoque quod ſuprà monui, primum Anni menſem incipere circa medium Octobris, & durare ad dimidium Novembris; ita etiam obſervatur, omnes hos veterum menſes ſua exordia & exitus habere circa medios Romanorum menſes, adeò ut

duodecimus & ultimus mensis veterum (nim. *Haust-maa-nudr*) annum finiat medió Octobris. Cæterùm hi omnes triginta continent noctes, præter tertium æstatis mensem (*Solmaanadr*), qui in media æstate terminatur, & quatuor sibi noctes adsciscit. Hac ratione totus annus veterum constat 364. diebus; defectui autem, qui inde orietur, una septimanâ addititia, quam certis annis inserebant, medetur. Vide jam, B. L. quomodo hæc in orbem redeunt, etiam historiæ, meo quidem judiciô, consentientia, adeò ut non videatur opus prolixiori demonstratione Lectoris animum fatigare: quin,

- - ne me Crispini scrinia lippi
Compilâsse putes; verbum non amplius addam.



IN-



INDEX
Perſonarum & Rerum.

Aſteriſco * ſignatæ voces indicant res in *Notis* Textui ſubjectis; etiam in *Vita Arii*, quæ præterea literis *V. A.* hic deſignatur, contentas.

 ſuſtu-

Calens

Fim-

God-

* Haral-

U * Horda-

Nior-

Rö-

*Syn-

T.

TH.

Thor-

Designatio

Veracium illorum & sapientum virorum Synchronorum, quorum narrationibus suam fulcit Historiam Arius.



LEXICON
VOCUM
ANTIQVARUM
ARII
POLYHISTORIS.

INDEX
instar
LEXICI
VOCUM ANTIQVARUM,
in
ARII POLYHISTORIS Schedis occurrentium,
qvæ maximè videntur explicatione indigere.

A.

A BRAUT, vid. *Braut.*

ADRA, *alios,* Noster Cap. 4. *alla menn adra,* omnes alios viros. Et cap. 9. *nytri enn adrir kennimenn,* utilior reliqvis eruditis. item c. 7. *at thar nefndi annar madr at odrom votta,* ut testes alternis vicibus producerent. Iterum cap. 5. *ur theirra fiordungi, sem ur einom hveriom odrum,* ex eorum qvadrante ut ex qvavis altera. In Nominat. Singulari habet *annar* (alius). Verùm *n* mutatur in *d* in omnibus casib. Plural. numeri, more antiqvorum, qvi sæpe mutarunt *n* in *d.* Aliud est *edur,* vid. *eda.*

ADUR antè, anteà, dudum, olim, cap. 8. 10. &c. Dicitur etiam *adan.*

ÆFI, vid. *Ævi.*

ÆSTU præt. *rogabant, sollicitabant,* ab *æsta* poscere, postulare, rogare, Noster cap. 10. *Sva sem Nordlendigar æstu hann til,* prout Boreales ipsum sollicitabant; usitatius est *ad æskia,* unde Danicum, **at æske noget af een.** Sciendum vero, *æ* Islandorum semper sonare ut *ai* Danorum.

ÆTLON, ETLON, AUTLON, ØTLUN, *opinio.* Qvandoqve est idem ac *propositum.* Nost. cap. 1. Descendit à verbo *ætla,* qvod (1) est putare, existimare, opi-

(a) 2 nari;

nari; ut: *eg ætla thad muni ſo vera*, puto id ita eſſe: *ad ætla manni eitthvad illt*, de aliqvo malo aliqvem ſuſpectum habere; vulgò etiam: *ad ætla til manns*, ſuſpicari. (2) proponere ſibi, deſtinare: ut *eg ætla ad giöra ſo*, propoſui mihi, vel deſtinavi, me ita facturum: *ad ætla manni einhuern grip*, rem pretioſam alicui deſtinare. Sic Dani dicunt: **Jeg har tænkt ham dend gave til.**

ÆTTAR-TALA, *genealogia*, Noſt. in prologo & ſtemmate Epiſcopor. ab *ætt* ſtirps, genus, ſtemma. Hodierna Danica lingvâ dicimus: **Hand er af dend ætt og affkom**, i. e. ejus eſt generis & progeniei. Inde eſt *ættin*, (*ætt* ſcilicet cum articulo poſtpoſitivo) hoc eſt, certa qvædam Stirps, qvæ velut digitô monſtratur; Dan: **Ætten og Affkommen.** Omnia enim Islandicæ lingvæ vocabula, qvæ non articulum habent annexum, generale qvid denotant: articulô autem annexô, particulare.

ÆVI vel ÆFI, *ætas*. Coincidit cùm Latinorum *ævum*. Noſt. in Prologo: *Konunga ævi*, tempus vel ætas Regum, i. e. *Regum vitæ*.

AFNEMA, *detrahere*, cap. 3. Compoſitum eſt ex *af*, ab, & *nema*, capere, accipere: qvandoqve eſt idem ac *diſcere*; ſed tum poſtponitur præpoſit. *af*, ut: *ad nema af manni*, diſcere ab aliqvo.

A-GÆSTUR, *præſtans*, *inſignis*, *eximius*, *honoratus*, *celebris*. Noſter cap. 9. Rolfs oc Gotreks-Saga c. 12. *madr mikill oc agætr*, vir magnus & honoratus. & cap. 16. *agætr madr*, celebris vir. Hinc *agæti* eſt *fama*, *celebritas* veteribus. Thorſteins Saga cap. 17. *hinn meſti agætis madr*, vir maximæ famæ. Qvanqvàm verò Islandi hodie pronuncient *agiætſtur*, veteres tamen in ſcriptione extrudunt *i*, ut in omnibus

voca-

vocabulis, qvæ *i* habent ante *æ* & *ö*. Componitur à præpositione separabili *aa* (in) & *giæt-ftur*, i. e. maximè obſervandus, qvaſi qvi omnium in ſe oculos convertat. In Superlativo eſt *agiætaſtur*, contra-ctè *agiætſtur*. Nonnulli malunt derivari hanc vocem à *giædi*, bonitas, *d* ſcilicet mutatô in *t*: ſed conjectura eſt; qvamvis verò non æqvè ſuccedat, attamen eòdem fermè res recidit.

ALLDA-MOT. Noſt. c. 10. ab *Ølld*, ætas, ævum, ſeculum; in Genit. Plur. *allda*. Unde in prologo Landnamæ ſtatim ab initio legitur: *Allda-fars-bok*, ad verbum: *Seculorum-rerum-liber*. Scribitur etiam *aulld*. Occurrit nomen *Ølld* tropicè qvoqve uſitatum pro *hominibus certô aliqvô ſeculô viventibus*; non verò in proſa, ſed tantùm apud Poëtas hôc ſenſu animadvertitur. Altera in Compoſitione vox eſt: *mot*, conventus, congresſus, concurſio, Danis modernis **Mode**; inde *ad mæta*, occurrere, obviam fieri alicui, offendere, invenire aliqvem: Dan. **at Mode eller finde een paa Vejen, komme een i Mode.** *Möt* etiam abſolutè ſignificat qvemcunq; Conventum; præcipuè Synodum, Danis **Mode**, & in Compoſit. **Lande-Mode, Provſte-Mode.** Sic Islandis *manna-mot*, hominum conventus, *Preſtamot*, Sacerdotum conventus, &c. Aliud eſt *mot*, typus, forma, & *ad mota*, formare; qvæ differentia bene notanda. Priori voci *Ølld* cognata eſt *alldr*, ætas, & *elldre*, *elldſtur*, i. e. Senior & ſummè ſenex. Ab *aulld* Islandi vocârunt *Solar-aulld*, Cyclum Solarem, *Tungl-aulld*, Cyclum Lunarem & *Paaſka-aulld*, Cyclum Paſchatos: ut in Plurali hos Paſchatos Cyclos, Solis aut Lunæ,

alldir hodieqve nominant Islandi. Verùm cùm hæc vox de annorum computatione abſolutè poſita, nunqvam niſi Centum annos vel Seculum denotet; compoſita verò Cyclos; neutrum poteſt Noſtro locô cit. intelligi, non prius, qvia hæc in annum Chr. 1120. incidunt; nec poſterius, qvia mathematica amusſis neminem cyclorum in hunc annum concurſum admittit. Ideóqve exiſtimamus potiùs vocem *allda mot* de Synodo Rhemenſi debere intelligi, ut ſuperiùs ad eundem locum annotavimus. Huic ſententiæ confirmandæ licet veriſimilem nec abſonam adeò conjecturam apponere, qvam ſpero Lectorem admiſſurum, donec meliora & certiora alius aliqvis me doctior feliciórqve attulerit. Hac autem nititur ratione: à voce *Alldr*, ætas, deſcendit vocabulum *Ølldungur*, Senex, Pater, qvod in Bibliis Islandicis innumeris locis occurrit; ut *Ølldungar gydinga*, h. e. Seniores Judæorum, in Genit. Plurali *Ølldunga*: hanc vocem in autographo exſtitiſſe reor, ſed abbreviatam, ſcil. lineolâ ſuperductâ hôc modo: *olldã*, qvâ fortè extritâ, aut à librario neglectâ, vel oculos ejus ſubterfugiente, error errorem peperit, anſáq; data eſt, cùm nullus è voce *Olld4* ſenſus emergeret, levi mutationi, ut librarius *o* in *a* commutaverit, ac inde fecerit *allda*, crucem ſanè iis, qvi interpretarentur. Verùm *Øllduga - mot* nihil aliud ſignificare poteſt, qvàm *Seniorum* vel *conſcriptorum Patrum conventum*, qvalem Rhemenſis hæc Synodus repræſentavit, collectîs tot Epiſcopîs & Senioribûs illuſtris.

ALLS-HERIAR-FE, *populi* ſeu *fiſci peculium*, vel bona propter

pter atrox & capitale crimen caduca & fisco seu publico usui addicta, Noster cap. 3. Fortè est ab *her*, manus militum, exercitus, in genit. *heriar.* Inde verbum ad *heria*, militare, vastare, depopulari. *Allur* omnis, genit. *alls*, dat. *ollum*, in Plur. *allir.* Nost. in Prologo: *es fyrstr vard eiñ Konungr at ollum Norvegi*, qvi primus Monarcha erat totius Norvegiæ. Danis est **all**, Plur. **alle**, fortè à Græco ὅλος. Est autem *Her* primâ sui significatione qvælibet collectio seu multitudo, qvapropter libri Sacri Island. vertunt Ebraicum illud *Elohim Zabaoth* (Lat. *Deus exercituum*) *alls-heriar Gud:* dicunt etiam *Gud herskaranna:* adeò ut *her* denotet hîc singulas classes vel cohortes rerum animatarum, æqvè ac inanimatarum, qvæ in Regno DEI Majestatico existunt; ideóqve *alls-heriar Gud* est idem qvod Dominus omnium, qvæ existunt, rerum, cujuscunq; fuerint generis. Haud absurda igitur conjectura erit existimantium inde vocem *her* descendisse, hincq; *heria*, militare, vastare, qvod militum est, iisq;, præsertim antiqvis temporibus, proprium. De voce *Fe*, vid. *inf. f. l.*

AL-MENNINGR, *communitas, communis omnium possessio.* Noster cap. 3. Norvegis hodieqve in usu est, **Allmenning**, locus in urbe publicus, ad nullum privatum pertinens. Aliâ significatione hoc vocabulum usurpatur in historia Gotrici & Rolfi cap. 5. *tha haud Vikar Konungr ut almenninge af ryki sinu:* tum Vikarus Rex universos incolas regni sui excibat; Dan. **opbød mand af huse.**

ALTHING, *forum juridicum universale & commune:* Comitia anniversaria, qvibus hodieqve ex tota Islandia conveniunt qvovis annô

regionis incolæ & alii, ad causas dicendas vel audiendas. Noſt. cap. 3. Conf. *Lógbergi* in *Lóg*; etiam *Thing* inf. ſ. l. Aliô nomine idem generale forum, Danis Landsting, in Islandia dictum eſt *Øxar-aar-thing*, i. e. *Securis-amnis forum*, qvòd olim Athleta qvidam Islandus ſecurim ab Olafo, Norvegiæ Rege, ſibi dono datam, humerisq; obviæ ſibi in Islandia Lamiæ infixam, proripientis ſe cum ſecure in proximum Foro Generali ſtagnum, amiſerit, ut vulgò traditur, etiam *Reſenio* in præfat. ad *Gudmundi Andreæ Lex. Island. p.* 7.8. Verùm tamen multò probabilior eſt illa nominis ratio, qvam indigitat *Landn. part.* 5. *Cap.* 12. *p.* 170. *l.* 5. à Secure nempe, qvam Ketilbiornus cum ſociis ſuis in hoc amne perdiderunt.

AL-VÆPNI, vid. *Vapn.*

AND-LAAT, mors, obitus, cap. 9. & 10. ab *ande*, ſpiritus, anima, anhelitus, à Græco ἀνέω, ſpiro, reſpiro; & *lat*, relictio, amiſſio, à *lata*, relinqvere, amittere, q. d. derelictio vel amiſſio ſpiritûs, exſpiratio. In hiſtoria Gotrici & Rolfi cap. 39. *Lat* abſolutè poſitum ſignificat mortem: *at hàn ſkilldi verda theſs mans bani, ſom honom ſegdi Lat Hrolfs Konungs:* qvòd ejus eſſet mors, qvi ipſi mortem Rolfi Regis annunciaret. Eodem capite mors dicitur *Liflat*, & cap. 4. *lataſt*, mori. Ab *ande* eſt *ad andaſt*, exſpirare. Præter. Noſt. cap. 9. & 10. *hann andadiſc*, mortuus eſt, obiit: (*c* in fine hîc pro *t* ponitur, ut ſæpiùs aliàs Noſter ſcribere aſſolet.) *andadur*, defunctus. In Hervarar Sögu legitur C. 2, *i andlatinu vid daudañ*, ubi pro *agone* ipſam mortem præcedente ponitur.

AND-SKOTAR, *adverſarii, inimici, hoſtes*, cap. 7. ab *and*, i.e ἀντι, præpoſ. inſeparab. contra, adverſus, & *Skot*, jaculum

jaculum vel telum, qvòd telîs me impetat hostis, si non aliîs, saltem oris & animi. In Singulari *andskoti*, qvomodo Diabolus, summus humani generis hostis, à veteribus, ut & modernis Islandis, appellatur. Sic *Andfætingar*, antipodes, *andvidri*, ventus adversus, &c.

AL-THYDO-TAL, *computus vulgaris*, cap. 7. à *thiod* gens, natio, & *tal* numerus, qs. omnium gentium numerus.

AR, AAR, *annus*, Dan. Aar. Nost. cap. 4. *ut retto tali i hverio aari*, qvoad verum numerum in qvovis anno: ibid. *oro tal*, anni numerus, computus, fasti. Pluraliter est *or*, qvod Nostro sæpius dicitur c. 8. Notandum verò in *or* & *oro* ab *aar*, annus, esse *o* magnum, cujus locô moderni Islandi utuntur *a* magno, cujus valor est Latinor. *au* in *auris*. Øre; Danis verò est *aa*, ut i aar: *au* vero Islandis scriptum pronuntiatur ut *oi*, e. gr. *raude* (ruffus) legitur *röide*. At in pronomine *vor*, noster, cùm videmus obliqvos casus destitui *v*, sciendum est, more veterum id fieri, qvi in hac voce interdum extritâ *v* scripsere *orum* pro *vorum*, freqventiùs tamen in carmine: Vocalem verò *o* in *vor*, *o* tenui semper pronuntiarunt; uti hodieqve apud Islandos, etiam Danos in voce vor, noster. Compos. *Hlaup-or*, anni bis sextiles, vid. H. Huc qvoqve *Ar-bot*, annonæ levamen, vel levatrix; *Argod*, Deus annonæ; *Ar-sæll*, qvi felicem vel facilem annonam habet. *Miss-ære*, dimidium anni, semestre spatium, vid. *Misseri*.

AST-SÆLL, *valde amatus*. Noster cap. 10. *Ast-sælld*, amor, qvô qvis ab aliis beatur, ibid. ab *aast*, amor & *sæll*, felix, beatus, q. d. amore felix. Inde Canutus, Gormii Gran-

dævi filius, Haraldi Cærulidentis frater, *Knutr Dana-aast*, i. e. *Danorum amor* vel *deliciæ*, est cognominatus.

ATTI, præter. verbi *ad eiga*, in præs. *eg aa*, possideo, habeo, jure retineo, qvod meum est proprium. Nost. cap. 5. *Herfteinn aatti Thorunni*, Hersteinus possidebat Thorunnam, scil. matrimoniô junctam, adeò ut jure connubiali ejus esset possessor ac Dominus. Sed vice versa vix ac ne vix qvidem in libris antiqvis invenies: *Konan atti manninn*, uxor maritum possidebat. Significat etiam *debere*, vid. inf. *otto* ejusdem verbi. Conf. *Gudmundi Andreæ Lexicon Islandicum à P. Resenio editum*.

AUD-ÆFI, plur. tantùm, *divitiæ*, Nost. C. 10. Inde in legibus Svetic. dicitur *Upsala öde*, Uppsalensis gaza; fortè etiam *odel* in Norveg. legib. Huc *audigur*, contractè *audgur*, dives: *diupaudgur*, profundè dives, prædives: *storaudgur*, maximè dives. Proverbiô dixêre veteres: *audgur ad fee, enn snaudur ad godum sidom oc vinsalldom*: h. e. abundans opibus, virtutum autem & amicitiarum inops: *at audgast*, ditescere.

AUDN, vid. *Land-audn*.

AUKA, *augere*, Nost. prologo & cap. 4. *enn tha es aicsc*, i. e. verùm si augeretur. Non abludit multùm à Græco αὔξω ἀυξέω, Danicè est: øge, forøge.

AURA genit. plur. à nom. *eirir* uncia, Nost. cap. 2. Hinc *eirir Silfrs* uncia argenti, & *eirir gullz* uncia auri. Valorem argenteæ unciæ *Gudmundus Andreæ* statuit æqvivalere unæ marcæ Danicæ, *P. Resenius* in not. ad Hirdskra, c. 41. qvatuor solidis Danicis vel duobus numis Anglicis cum dimidio æstimat. Verùm in genuino valore definiendo procul dubiò utrumqve hallucinasse

nasse arbitror, nisi pro temporis ratione valorem ità variâsse, & tam exiguum fuisse probari qveat: hodie enim Islandorum *eyrir* valet Danorum viginti qvatuor solidos simplices: sed veterum *eyrir Silfrs* putatur pondere unum imperialem nostri temporis; atq; viginti *auras* viginti imperiales pretiô æqvasse. Nonnulli certum qvoqve ejusdem nominis numisma æreum fuisse autumant exigui valoris. Nomen sanè in Svecia hodieq; superest, ubi cuditur numorum genus *öre* dictum; atq; in legibus certa delicta ejus nominis numîs multantur.

Landaurar Nostro est certum vectigal, vel telonium, cujus meminit l. c. Qvamvis verò hoc vectigalis genus dudum desierit, ipsum tamen nomen *Land-aurar*, hodieq; Islandis est in usu, nempe in peculiari mercium æstimatione, certâq; taxandi ratione, qva soli utuntur, ut illô modô taxatæ res iis dicantur *Land-aurar* & *Land-Aura-tal*; item *Verd-aurar* & *Verd-aura-tal*; puta, ubi merces indigenæ æstimantur, ut; eqvi, boves, arma rustica, & supellex omnis generis: at merces exteræ, seu aliunde asportatæ excipiuntur, ut numi, vina, vestes sericæ aut ex lino, &c. Conf. *Merkr* sub *Merkia*, it. *Lausa-aurum*.

AUSTUR, ad *austrum* vel *orientem*. Cap. 3. Danicè nunc dicimus: **for Østen**, ut Islandi qvoqve *fyr austan*. *Austan* verò absolutè positum *ab oriente* est. Danicè **af Østen**; prout *vestan* ab occidente; *sunnan* à meridie; *nordan* ab aqvilone. Conf. *Gudm. Andreæ Lexicon Islandic.* Huc AUSTRÆNN *Orientalis*, Noster cap. 3. qvomodo olim Islandis dicebantur Norvegi *Austmenn*, ratione plagæ, qvia Norvegia jacet ab Islan-

dia orientem verſus. Eâdem ratione vocabant Hibernos, Scotos & Anglos *Vest-menn* ſ. Occidentales, nempe reſpectu Sitûs. Hinc parvæ qvædam inſulæ Islandiæ adjacentes, à ſervis aliqvot Irlandis, ibidem interfectis, *Vestmanna-eyiar* nuncupatur, ut ex Landnamæ part. I. Cap. 5. & 7. patet. Vid. qvoqve Noſt. cap. 7. Hvitfeldio & aliis pravè dicuntur Danicè Veſpen-øer, pro *Vestmans-øer*.

B.

BÆCR, vid. *Boc.*

BÆN, *petitio, preces*, Cap. 7. & 10. vid. *at bidia.*

BERA, *ferre*, cap. 7. Danis hodieqve eſt at bære, à Græco *Φέρειν.*

BAGLAR, *baculi*, c. 2. unde etiam vox iſta eſt exorta.

BANNA, *prohibere, interdicere.* Præter. *bannadi*, cap. 2. Hinc BANN, *interdictio, interdictum*, & ex medii ævi Latinitate *Bannum*, excommunicatio, & *bannire* vel *bandire* in jure Feudali Longob. & aliis legibus, item *Bannſetia*, excommunicare, *bannſettr*, exſecratus, excommunicatus. Hodieq; dicimus: at ſette een i Band; at Bandſette, & Bandſat, in legibus de diſciplina Eccleſiaſtica. Originem vocis haud obſcurè prodit Islandorum *Band*, ligamen, vinculum, Danicè band, baand, unde binde, ligare, vincire, verbum hodieq; familiariſſimum Danis. Ratio eſt, qvòd qvi à Rege vel Principe ſuo prohibetur, ejus voluntas ligatur, nè poſſit id facere qvod velit; & Lex omnes ligat ſubditos, vel obligat ad præſtandum id qvod jubet.

BAR-SMIDI, plur. BAR-SMIDER, *rixæ, pugnæ*, it. *vulnera armis inflicta, & plagæ*, verùm non ad necem uſq;, qva ſignificatione Noſter c. 8. Derivandum videtur à verbo *ad beria*, verberare, ferire, cædere,

&

& *smid*, fabricatio, (vid. *inf. h. v.*) ut sit verberum, item vulnerum & plagarum inflictio, ut nuper dictum. Inde *barinn*, verberatus, contusus, subactus, qvæ vox in Composito *Tralbaaren* hodieqve in Legibus usitato Danis freqventatur. Est qvoq; adjectiv. particip. *bardur*, pulsatus: & *Bardagi*, prælium, *ad beriast*, pugnare, præliari, Noster cap. 8. Hinc vox *Barsmidir*, cap. 7. notionem civilis belli haud respuere videtur.

BIDIA, *rogare, petere, precari*, cap. 10. imperf. *bodo* (hodie *baadu*) rogabant, c. 7. Præs. *ek bid*. Danis hodieqve est **at bede.** Inde *Ban*, petitio, Nost. eodem cap. & *Bon*, idem.

BIØLLUR plur. in sing. *Bialla*, nola, campanula, Noster cap. 2. Danice dicitur **Bïælde, Bïælder.** Verisimile videtur, cognatam esse hanc vocem verbo impersonali *thad bellur*, intonat, clangit, à *bell, ball, ad bella*, clangorem edere, cum clangore pelli, pulsari.

BISCOP, vid. *Byscop*.

BLOTA, Deos sacrificiis colere, Noster c. 7. In versione Evangeliorum Gothicâ Ulphilæ sumitur pro cultu divino in genere, ut: *Blotande Fan nahtam giah dagam*, colens Deum nocte ac die, Luc. 2. v. 37. Sic: *Svare mik blotan*, frustrà me colunt, Matt. 7. v. 7. A *Blota* Islandis est *Blot*, sacrificium ethnicum; qvam vocem non malè deduxeris à *Blod*, sangvis, Dan. **Blod**, qvòd sangvine hominum & brutorum Diis præcipue fuerit litatum. Apud Tatianum Alexandrin. Dialectô est variatum in *Blaustar*, sacrificium Deo immortali debitum, Harmon. Evang. c. 56. §. 4. *Ich uuillu miltida, nalles blaustar*, volo misericordiam, non sacrificium. Sacrificia autem Ethnicis erant vel publica vel privata.

vatæ. *Publicum* sacrificium, qvod & primarium fuit, *Hofudblot* dicitur in S. *Olafs sogu*, majori apparatu & celebritate institutum, ad qvod publicô mandato tota regni corona se recipiebat, & qvidem ter singulis annis, ubi in atriis delubrorum (*Hof* dictorum) commessationibus & genio indulgebatur. *Privatis* sacrificiis domesticos sibi qvilibet Deos propitiavit in larariis seu ædiculis sacris, qvæ *Blot-hus* dicebantur; idqve de nocte, potissimùm cùm dæmonibus & geniis seu *Alfis* sacrificium præstarent, inde *Alfablot* nuncupatum, ut ex *S. Olafs sogu* constat, ubi etiam narratur, Sigvatum Skalld ab anu rustica in itinere fuisse hospitio exclusum, qvòd Christianus esset, ideóqve sacris suis, qvæ eâdem nocte peragebantur, eum interesse nollent Ethnici. *Sonnublot*, *Sonnar-blot*, *Frey-blot*, Solis sacrificium, Odini & Frei nomine qvi colebatur. Est hodieqve *Blot* Islandis usitatissima vox, verùm aliâ significatione, pro *maledictis* scil. & *imprecationibus*; etiam *ad blota* imprecari. Norvegis hodieqve dicitur: **at blotte og bande**, & in substant. verb. **Blotten og Banden.** Sic *Blot-madur*, imprecator; Priscis etiam is dicebatur, qvi ethnicis præerat Sacrificiis; vel qvi freqventissimè sacrificabat. *Blotsveirn*, Deorum cultui deditus, in numinum cultu assiduus. In *Trojomanna Saga* p. 46. Sacrificiorum præsides, sive Principes dicuntur *Blotgodar*. Vide infrà *Gödr*.

Boc, *liber*, *volumen*, Nost. in Prologo. Scribitur sæpiùs *Bok*, Dan. **Bog.** Nost. in Plurali qvoqve cap. 2. *Bækur Irscar*, Libri Hiberni. Inde *Bocvisi*, ex libris sapiens, librorum peritus, literatus, eruditus,

vel

vel qvi libris legendis incumbit. Cap. 8.

Bordosc & bordusc pro *bordust*, Præter. à *beriast*, pugnare, præliari. Noſt. cap. 5. Primitivum, ni fallor, eſt *at beria*, verberare. Inde *Bardagi*, prælium, pugna; *Bardagamadur*, præliator. Confer *Barſmid.* ſuprà.

Braut, etiam Brott, vaſta ſemita, à *brautu*, peregrè; hodiè Islandis dicitur *burt* & *burtu*, particula levî literarum permutatione inde enata: Danicè **bort, borte.** *A braut*, Noſt. c. 2. *their foro a braut*, illi aliò emigrarunt; Et cap. 7. *hann for a braut*, ille peregrè abiit. Sic in veteribus Manuſcriptis hæc locutio eſt obvia: *ad fara a braut*, peregrè abire; item *fara i brott*, & *brotto*, idem; ad verbum: inferre ſe viæ: *verda i brot*, abeſſe. Landnama part. 5. cap. 15. *hann bad da verda i brott, ok koma aldre i augſyn ſer:* juſſit eum in malam rem ire, nec unqvam in ſuum venire obtutum. In Gotrici & Rolfi Hiſt. c. 24. princ. legitur: *Litlu ſidar buaſt their i braut:* Mox poſteà ſe ad iter parant.

Bræida, *explicare.* Præterit. *bræiddi.* Noſt. c. 7. Danis eſt **at brede, udbrede.**

Brenna, *comburere.* Præter. *brendi*, comburebat. Noſt. cap. 3.

Budir, *tabernacula*, *caſtra.* Noſt. cap. 7. à *Bu*, habitaculum, item domus, & qvodcunqve ædificium. Danis hodieqve eſt **Bo**, plur. **Boder.** In vet. codice legum eſt: **Bonde er Boes Bærge.** Notandum verò *Budir* ſignificare ædificia, qvæ parietes habent ex ligno, lapide, terrâ excitata, & tectum ex panno. Freqventiùs *Bud* involvit notionem ædificii, ſolis aſſeribûs ſeu tabulîs ligneîs conſtantis. Ad ſummam: *Budir* nominantur omnia imperfecta ædificia: at *tentoria* Islandis *Tiolld*; Danis **Tælter**,

ex

ex pannis dumtaxat constant. *Herbudir* tn. dicuntur tentoria castrensia in Gotrici & Rolfi historia, cap. 24. Hinc

BUENDUR A LANDI, *incolæ regionis*, Noster cap. 10. Inde modernis Danis dicuntur **Bønder**, in Sing. **Bonde**, contractum à **Boende**, Islandis *buandi*, habitans, rusticus, villicus; verbi scilicet *bua*, incolere, habitare.

BYGGIA, *ædificare, exstruere*, Danis hodieqve est: **at bygge.** Præterit. *bygdi*, **byggede**; Passivè *bygdist*, Nost. cap. 1. *Island bygdist*, Islandia ædificabatur; **byggedes, blef bygget**, Danis dicitur. Hîc tn. sensus est: Islandia habitabatur vel incolebatur.

BYSCOP, vel BISCOP, *Episcopus*, genit. *Byscops*, vel *Biskups*, Nost. c. 8. Hodie dicitur **Biscop**, contractè **Bisp**, ab ἐπίσκοπος. Plural. in Nom. *Byscopar*. Genit. *Byscopa*. Nost. cap. cit.

C.

CALLA, CALLADR, vid. *Kalla*.
CAYPTI, vid. *Kaupa*.
CONA, Plur. *Conor*, vid. *Kona*.

D.

DANA-KONUNGR, *Danorum Rex*, Nost. c. 7. Eôdem capite dicitur *Konungr ur Danmorco, Rex Daniæ*, vel secundùm verbum, *è Dania*. Conf. inf. *Konungr*.

DAUDR, *mortuus*, cap. 3. à *Daudi*, mors; Danis est: **Død, Døden.** *Dauda-dægur*, mortis hora; *ad deya*, mori, &c.

DEILD, *divisio*, Nost. in Prologo; *Fiordunga-deild*, divisio in qvadrantes. *Thinga-deild*, lis, contentio, controversia, Noster cap. 5. *Thinga-deild mikil vard*, lis forensis gravis erat; à verbo *deila*, litigare, jure contendere, certare, Danicè **at deele**; cujus vocis hodieqve freqventior in jure usus est. Lex Dan. & Norveg. lib. 1. cap. 1. art. 3. **Ingen maa tage sig self Ret; men eenhver**

skal

skal tale og deele sig til Rette. Olim Lex erat, cui inscriptio: Rigens Ret og Deele; ubi *dividendi* sensum habet; fortè à Græco verbo διελεῖν, distribuere: in hoc enim Jus versatur & Justitia, ut suum cuiq; distribuatur. Hinc est in hodierna Danica lingva fordeele, deelemaal, deelefoged, &c. Add. *Gudm. Andreæ Lexicon Island.* voce *Deila.*

DIGR, *crassus, obesus; enn digri,* Nost. c. 2. Cognomen erat Olafi Haraldi filii, in Sanctorum posteà albo inscripti. Norvegis hodieqve vocabulum *Diger* in usu est idem significans.

DRAIMA vel DREYMA, *somniare.* Præt. *draimdi,* Nost. cap. 4. *hann draimdi that,* somniabat illud. Hinc *draumur,* somnium, &c.

DRAP, *cædes,* cap. 3. Danis est Drab. Conf. *Mord. Draps madr,* homicida, à *drepa,* occidere, necare. Admittit qvoqve plures significationes, de qvibus consulatur *Lexicon Island. Gudmundi Andreæ,* voce *Drep,* p. 53.

DROTTINN, *Rex, Dominus,* immo qvilibet *Herus.* Nost. c. 9. *a drottins degi,* die Dominica: (hæc Islandis aliàs dicitur *Sunnudagr,* dies Solis, à *Sunna,* Sol. Danis est inde Sondag). Huc *Drottning,* Regina, Danis hodie Dronning. *Lands - Drottinn,* proprietarius: *ad drottna,* dominari; *drottnan,* dominatio; & in Composs. *at yferdrottna,* prædominari, & *yferdrottnan,* prædominatio, &c. Inde Danis æqvè ac Norvegis hodieqve est in usu Jord-Drot, Land-Drot, Dominus terræ.

E.

EDA, Conj. disj. *vel, aut, sive, seu.* Nost. c. 5. & 7. Dicitur aliàs *edur.* Utrumq; tam *eda* qvam *edur* occurrit in Voluspa, Stropha 27. & 29. *Eda hvad,* aut

 ecqvid?

ecqvid? *Edur hvad*, aut qvid? In Hirdſkra eſt cap. 5. *tala edur tala lata*, loqvi aut facere loqvi. Coincidit cum Germanorum **oder**; & Anglorum *either*.

Ef, adv. dubitandi, ſignificans *ſi*. *Ef eigi*, ſi non. Noſt. cap. 5. vid. *eigi*.

EIGA, *poſſidere*. vid. *Atti*.

Eiga, *poſſeſſio*. Noſt. cap. 2. *ſina eigo*, poſſeſſionem ſuam. Eſt in Hirdſkra cap. 13. *hans eigo oc odal*, ejus poſſeſſio & odalium. Huc *Eigandi* & *Eignarmadr*, poſſeſſor. *Eign* idem qvod *eiga*, poſſeſſio. Inde *at eigna*, adſerere in poſſeſſionem, *ad eignaſt*, adipiſci, vel in poſſeſſionem ſumere.

Eigi, & contractè EI, partic. *non*, *haud*, Noſter cap. 2. *their vildo eigi veſa her*, nolebant hîc eſſe. It. c. 10. *O-taldir voro their es eigi atto Thingfaran caupi at gegna*, ad verbum ita verti poteſt: innumerati fuerant, qvi non debebant Foritionis pecuniam ſolvere. In Carmine Hialtii apud Noſtrum cap. 7. videtur vox *eigi* poſita eſſe pro *i gegn*, i. e. contra: *i gegn God geyia*, contra idola latrare. Huc *ef eigi*, ſi non, niſi, Noſt. cap. 5.

Eingi, EINGINN, *nemo*, *nullus*. Noſt. cap. 8. *eingi vegandi*, nullus homicida. Dan. **ingen**. Islandi dicunt: *that vardar eingu*, nihil refert, nullum imminet crimen, &c.

Einnkonungr, vid. *Konungr*.

Ekki, *nihil*, Noſter cap. 7. *oc kvad ekki ord*, & nullum verbum protulit. Dan. **og hand talte ikke et ord.** Notanda hîc diſtinctio inter *eigi* & *ekki*, qvòd *eigi* ſignificat *non* apud antiqvos, at *ekki nihil*; qvam tamen diſtinctionem moderni islandi confundunt interdum. Non tamen abludit multùm particula *ekki* à Græcorum ἔκ.

Enn, *ſed*, *verùm*, *autem*, particula Noſtro in Prologo & aliàs paſſim obvia. Et

cap.

cap. 10. *enn adr*, sed antea.

Erendi, *negotia*, Noſt. c. 5. Dan. ærende. Inde *erendis-laus*, negotii expers.

Es, *ut*, Noſtro ſæpiuſculè hæc particula in uſu, hodie *er*, idem qvod *ſem*, Dan. ſom.

Eyddisc pro *eyddiſt*. Præter. verbi *at eyda*, abſumere, conſumere, evacuare, deſolare. Noſter cap. 7. *es landid eyddiſc af*, ut regio inde evacuaretur, vel deſolaretur; Dan. at landet blev tomt og øde. Hinc adject. participiale *eyddur*, evacuatus; *Eydi*, deſertum, locus deſolatus; *I eydi*, vacuum habitatoribus; *eydſla*, evacuatio, deſolatio, it. profuſio. Huc *audn*, *Landaudn*, qvæ vide infrà in *Landaudn*.

Eyrir Silfrs, vid. *Aura*.

F.

Fæda, *paſcere*, *alere*, *nutrire*, it. *educare*. Noſter cap. 9. *Teit fæddi Hallr*, Teitum educavit Hallus, Danis eſt, Opføde, Opfødning, Huc *Fæda*, *fæde*, *fædſla*, nutrimentum, victus, eſca, pabulum.

Falla, *cadere*, *labi*. Præter. *fell*, cecidit, interfectus eſt. Noſt. cap. 8. Dan. at falde. Hinc *Fall*, lapſus, Danicè fald, & in Compoſ. *adfall*, refluxus maris, *utfall*, receſſus; *vatnsfall*, flumen.

Fara, *ire*, *abire*, *proficiſci*, Noſt. cap. 2. Præter. *for*, abibat, c. 3. Hodie Danis at fare, hand foer, at færdes. *Før*, itio, profectio. Inde *Ferd*, iter, profectio; færd Noſtratibus, qvibus etiam dicitur: hand fick een fandens færd, peſſimè mulctatus eſt. Neſcio an huc pertineat *færi*, potentia, ut in Rolfs-Saga, c. 38. *that er eigi mit færi*, non poſſum, vel, non eſt meum opus. Haud multùm abludit à Gallico loqvendi more: *ce n'eſt pas mon affaire*. Sic adj. *Fær*, potens, validus, ut: *eg er fær til theſs*, ad id opus perficien-

ficiendum sum validus. Hinc Compos. *vanfær* & *ofær*, debilis; Danicè dicimus **vanfør**, & aliô sensu **ufore**: *bestfær*, qvi eqvitare potest: *ølfær*, qvi bibere potest: *Thingfær*, qvi forum adire potest: *othingfær*, qvi ob morbum neqvit forum freqventare, Nost. c. 10. Aliâ hujus vocis significatione utitur Noster in prologo: *of et sama far*, i. e. de eadem re, seu materiâ, vel: ejusdem generis: item auctor Landnamæ in prologi initio *allda-farsbok*, ad verbum: Seculorum-rerum-liber.

FE (vel FIE) *pecus*, Dan. **fæ**, it. *peculium*, & *pecunia*, qvòd è pecoribus omnes veterum divitiæ opésq; æstimarentur, vel qvòd primi numi pecudis alicujus effigie essent insigniti, præsertim Bovis, qvâ de re Erasmus in Adagio: *Bos in lingva*. Danis hodieqve in usu est **liggende fæ**, qvô vocabulô *thesaurus* vel *gaza* significatur; item **Dannefæ** in legibus Danicis, *pecunia* vel *thesaurus terrâ absconditus & effossus*. Apud Nostr. est in Compos. *alls-heriar-fe*, it. *Audæfe*, qvas voces vide suô locô.

FELL, *monticulus*, vid. *Fiall*.

FELLDR, *stragulum*, Nost. c. 7. *oc braiddi felld sinn a sic*, & explicabat stragulum suum super se. Dan. **hand bredde felden over sig**. Erat autem tale stragulum de textilium genere, qvod in præcipuis mercium Islandicarum numerabatur olim, ita concinnatum, ut nocte straguli, die verò penulæ vel togæ vicem præberet; exempla proferre haud foret difficile, si usus esset. Notum satis est Regis Norvegiæ Haraldi cognomen *Grafelld*, à stragulo scilicet cineracei coloris, qvo se aliqvando induit. Norvegis adhuc stragulum æqve est in usu, ac ipsum vocab. **Feld**; unde in Norveg. cantilena est:

Som det nu lakked til Qvelden,
indkom Fru Guru med Felden.
i. e. inclinante jam die, Domina Gurra, s. Gudruna, cum ſtragulo ingreſſa eſt. Eſt autem ſtragulum illud, qvod **Feld** vocatur, pelliceum cum vellere, alterum autem, qvod textile, nunc **Rye** appellatur Norvegis. Priſcô autem ævô pellibûs ferinis lectos inſternere moris erat. Conf. *Corn. Nepot. in Ageſilao cap. 8.* & *Ælian. var. Hiſt. lib. 9. cap. 24.* it. *lib. 13. cap. 1.* Nec hodie inſvetum id eſt Gronlandis, Islandis, Finnis & Lapponibus; etiam Norvegis nonnullis, qvi ſanitatis cauſſâ, & ad averruncandos pulices, pellibus urſinis incubare ſolent.

FERTOGUR, *qvadragenarius*, Noſt. cap. 10.

FIALL, in genit. *Fialls*. Noſt. cap. 2. Islandis propriè eſt mons. (2) Deſignat loca inhabitata & inacceſſa, eremum, teſqvas, &c. Danis & Norvegis hodie eſt **Fiæld**. *Fell* verò Islandis eſt monticulus, exiguus mons, ut Noſt. cap. 2. Fortè eſt à Græcor. φέλλος vel φελλεύς.

FIARA, *litus, crepido freti*, genit. *fioro*, Noſter cap. 2. In Norvegia dicitur **fiære**, in Dania **Strand**. Etiam dicitur Islandis *flod og fiara*, ut Norvegis **flod og fiære**, qvod Danis eſt **Flod og Ebbe**, acceſſus & receſſus maris.

FIMM, *qvinqve*, inde *fimte*, qvintus, & *fimr*, qvod ex qvinqve conſtat. *Fimtardoms-lög*, de judicio qvinario Lex, Noſter cap. 8. *Fimt* enim denotat qvicqvid ex qvinqve partibus conſtat, præcipuè autem qvinqve dies, ut *fimtar ſtefna*, dica, qva qvis poſt qvinqve dies in jus vocatur. Sic & *Siöund, attund, tylft*, &c.

FIOL-MENNT, (in Exemplari impreſſo ſcribitur

 con-

contractè, vel breviatâ scripturâ *fiolm̃t*) concio multitudo. Nost. cap. 4. *hann bygdist vera ad logbergi, tha es that var fiolmennt:* ipsi in Somno videbatur, esse se in loco comitiis destinato, ubi ingens erat hominum concursus. Est verò neutrum à *fiolmennr, fiolmenn;* ut *fiølmennt thing,* freqvens forum; *Thing fiolmeñt* in Kristend. Saga, Cap. 14. item Gautreks & Hrolfs saga cap. 15. ubi Verelius *Comitia* interpretatur, additqve ab antiqvissima memoria obtinuisse, ut in negotiis Rempublicam concernentibus civium deliberationes & consilia adhiberentur. Derivatur à *fiöl*, qvod in Compositis semper multitudinem s. pluralitatem involvit, ut *fiølbreitinn*, diversis moribus, homo omnium horarum; *fiølbygt*, multùm ædificatus; *fiølkyngi*, multarum rerum cognitio; item Magia; *fiølmalgur*, loqvax, & *fiølmali*, verbositàs; *fiølmennur*, populosior, pluribus cinctus hominibûs, copiîs militaribûs stipatus, Dan. **Mandstærk**; *fiølmenni*, multitudo hominum, vel comitum; *fiøld*, multitudo, vid. *Havamaal*, seu *Ethica Odini*.

FIØR-BAUGS-MADUR, *exul*, & FIØR-BAUGS-GARDUR, *exilium*, Nost. cap. 7. *That vardar fiorbaugsgard*, hoc est exilio luendum. Qvanqvam verò hujus *fiorbaugs* pœnæ in antiqvis historiis ac legibus haud raro injiciatur mentio, eadémqve de exilio vulgò intelligatur, genuinam tamen vocis originem eruere haud est in proclivi. Aptiùs derivari videtur à *Fiara*, litus, Genit. *Fiøru*, Norvegis hodieqve **Fiære**, Danis **Strand**; & *baug* flexura vel extremum refugium; item *gardr*, agger, sepes, sepimentum; vel *madr*, homo, vir; adeò ut *Fiorbaugs-madr* & *Fiør-baugs-gardr*,

gardr, is ſit, cui litus erit refugium & ſepimentum, i. e. exul, qvi aliàs Islandis *Landflotti* dicitur, is ſcilicet, qvi terram debet fugere, & in litore ſalutem qværere, ut trans mare ſalvus evadat: Olim enim moris erat ad litus illos comitari, qvi in exilium agebantur, ut ex *Viterlags Ret* & aliis notum eſt legibus. Statuit qvidem Codex Legum antiqvarum Norveg. vulgo *Gragas*, ſeu cineracei coloris anſer, appellatus falſum teſtimonium (ſimplici) exilio, temerarium *fiør-baugs-gards* pœna multandum: verùm plus unâ vice hanc pœnam imparibus etiam delictis irrogat: unde licet concludere diverſas hôc nomine pœnas intelligi. *Nials Saga* ait pœnam eſſe, qvæ geminata exilium inducit. *Oddus Monachus* cùm in vita Olafi Tryggvini cap. 37. hanc eandem, qvàm Arius refert hiſtoriam, locô *Fior-baugs-madr* Arii (cum qvo convenit *Kriſtendoms Saga* cap. 9.) *Fiør-brots-madr* reponit, qvaſi vita privari, & mori commeritus homo: *Fiør* enim eſt vita, vel vis vitalis, qvomodo in Eddæ parte Völuſpa, Stroph. 42. *Fyllist hann fiørve feigra manna*, ſaturatur vitâ exſpirantium hominum; ubi *fiörve* eſt Caſus ſextus. Ita in Gotrici & Rolfi hiſtoria *Fior* eſt vitæ extremum. In Cantilena qvadam, Dan. **Kiæmpeviſen**, legitur: **Hand tog fra dem baade fiør og fæ**: Ipſos vitâ & peculiô ſpoliavit. Inde *necem* vocant veteres *fiørloſt*, ut in Havamál, Stropha 106. Altera Compoſitionis pars, *brot*, qvod attinet, notum eſt ſignificari hoc vocabulô delictum, propriè *fragmen*, à *briota*, frangere, it. delinqvere, ut ſit *fiör-brot*, delictum vitâ penſandum, vel mortis pœnam commeritum. *Baug* verò ex-

tremum

tremum denotat refugium, inde eſt: *aderia a baug*, ad extremum refugium compellere: ut *fiorbaugur* ſit extremum vitæ refugium, vel vitæ penſatæ monumentum qvoddam ſingulare, à verbo *Beigia*, curvare, flectere. Itaq; non abſona fuerit conjectura, hôc vocabulô indigitari pœnam non ſimplicis exilii tantùm, verùm etiam bonorum amiſſionis ſimul, immo interdum ipſius mortis ſupplicium; prout aliàs crimen illud, qvod *al-eigu-maal* in priſcis legibus dicitur, definit Hirdſkra c. 9.

FORN, FORNT, *antiqvus, antiqvum*, ab adverbio *fyr* vel *for* anteà. *Forno lôg*, pro *fornu log*, Noſter cap. 10. *antiqva* vel *prior lex.* Huc *forntalad*, obſoleta verba, vel antiqvitus dictum; *forna far*, olim; *ad fornu fari* veteri more; *forn-male*, dicta veterum, vetuſta dicta; *forn-yrdi* Archaiſmi, voces uſu antiqvatæ.

FOSTRI, tam *educatorem* vel *nutricium* ſignificat, qvàm *alumnum*. Sic in hiſt. Gotrici & Rolfi cap. 7. Giafa Ref Comitem, Niere Jarl dictum, vocat *foſtra ſin*, h. e. nutricium ſuum, Dan. ſin Foſter-Fader. Alterâ ſignificatione dicitur Rex Norvegiæ, *Hacon, Adelſteins foſtri*, Hacon, Adelſteini alumnus, qvòd à Rege Angliæ, Adelſteino, fuerit educatus. Plura exempla paſſim ſunt obvia apud antiqvos, & qvidem utriusqve ſignificationis, etiam pro nutrice, Danicè een Amme. Islandis tamen hodie pro *alumno* vel *alumna*, Dan. Foſter-Søn, Foſter-Datter, rariùs uſurpatur; ut vice verſà rariùs Latinis in uſu ſit *alumnus* pro nutricio; qvamvis *alumna* utramq; ſortiatur ſignificationem, tam pro educatrice, qvàm educata. Noſter verò in rariori adhuc ſignificatione c. 1. hâc voce utitur, ſcilicet

scilicet pro *contubernali, sodali* vel *unà educato: Teitr fostri minn*, Teitus unà mecum educatus, vel contubernalis meus; Sic c. 9. qvoqve. Cap. 3. tamen est *fost-brodir: at Grimur Geitscor væri fost-brodir hans:* qvòd Grimus Geitschor ejus esset sodalis, vel unà cum eo educatus. *Fost-brædra lög* veteribus erat Sodalitas & necessitudo nullîs periculîs dirimenda, cujus ineundæ formulam exhibet *Gautreks oc Hrolfs Saga c. 22.* cum *Soldu-riorum* apud veteres Gallos conditione ferè concordantem, de qvibus *Julius Cæs. lib. 1. de Bello Gallico c. 22.* Huc *Fostur-fadir*, educator; *Fostur-moder*, educatrix; *Fostur-jörd*, natale solum, &c. Danicè dicimus **Foster-broder, medhin anden opfød.** Est qvoqve Danis in usu **Foster-fader, Foster-moder, Foster-barn.**

FRÆNDUR, *cognati* vel *consanguinei*, Nost. cap. 7.

FREISTA, *periclitari, tentare*, Dan. **at friste, forsøge**, Nost. c. 4. *freisting*, tentatio, & *freistni*, idem, in Orat. Dominica; Danis **fristelse.**

FRETR, *bombus*, Danicè **een Brommer**, etiam *crepitus ventris*, it. cognomen Aisteini, patris Halfdani Munifici, apud Nostrum in Prologo.

FRIDR, *pax*, Noster cap. 7. inde *ófridr*, bellum, Dan. **fred & ufred.**

FRODR, *prudens, peritus, eruditus, multæ lectionis*; unde *fræda*, instituere, erudire; *frodir menn*, eruditi & sapientes viri, in Hist. Gotrici & Rolfi cap. 18. *Fræding* & *uppfræding*, ipsi instituendi & informandi actus: *Frædi*, documentum, eruditum opus; modernis Islandis hoc nomine qvoqve *Catechesis* insignitur. In Prologo est Nost. *i frædom thessom*, i. e. in hisce historiis vel relationibus, qvarum cùm Noster esset peritissimus, dictus est

Arius Frodi, i. e. Polyhistor, multiscius, sapiens. A prudentia & peritia dubio procul nomen qvoq; habuit, & qvidem ominis gratiâ, Daniæ Rex Frodius I. Pacificus, & post eum reliqvi nomine *Frodii*, Dan. **Frode**, appellati: qvamvis enim vox *Frodi* origine sit appellativum, tempore tamen cessit in virorum nomen proprium. Sic ex Historia Olai Sancti Regis Norvegiæ notum est, filium ejus Magnum posteà Norvegiæ & tandem Daniæ simul Regem, ominis caussâ in baptismo nomen *Magni* obtinuisse, qvod attributum erat Caroli Magni, Romanorum qvondam Imperatoris. *Oliugfrod* vid. suô loco.

FYLGIA, *seqvi*, Nost. cap. 7. vox Danis usitatissima, qvi dicunt **følge**.

FYRIR, *ante*, præpos. Dan. **for**. Noster cap. 10. *fyrir hanns minni*, ante ejus memoriam.

FYSA, *incitare, pellicere*, Nost. cap. 6. *hann qvad that menn myndo fysa thangat - farar*, dixit illud homines incitaturum illùc ire; ab adject. *Fus*, cupidus. Inde *Fysi* vel *fysne*, cupido, desiderium: sed *fyse* in Compositis est usitatius; ut *godfyse*, benevolentia. In Holsatia Danicâ hodieq; est in usu, *fys dey fort*, festina, Dan. **Skynd dig.**

G.

GEA vel GIA, *hiatus, ruptura magna*, Nost. c. 3. *vid that er kend gea su, es thar er kollod sidan Cols-gea*, exinde terræ hiatus, qvi ibi erat posteà vocatus est Coli hiatus. Hîc sciendum, vocem *Gea* in antiqvis libris ac membranis scribi secundum veterem Anglo-Saxonicam orthographiam; *ea* scil. pro *ia*: vulgò enim est *giaa* monosyllab. Sic in Foro universali Islandiæ est locus *almanna-giaa* dictus, i. e. omnium hominum hiatus:

hiatus: eſt enim hiatus qvidam inter rupes tam vaſtæ magnitudinis, ut complures homines ibi ſua tentoria figere posſint, nec procul abeſt à Logrettu ſeu curia Fori.

GEGN, *contra, adverſus.* Noſt. cap. 7. *oc eigi tha rada, er meſt vilia gegn gangaſt*, ut illos regimen obtinere (ſ. conſiliis ſuis frui) non ſinamus, qvi maximè diſſentire volunt. *Gegnum*, per, trans; Dan. **gien-nem, i giennem.**

GERSEMAR, *toreumata, res affabrè facta & pretioſæ, vel theſaurus.* Noſt. c. 7. Gotreks oc Hrolfs Saga c. 9. *thar er mikil gerſemi*, eſt magnus theſaurus. In antiqvis legibus latiori ſignificatione accipitur atqve ita definitur *gerſemi: Gull oc ſilfer, jord oc annödug hion, oc diurshorn, thet kallas Gerſimar, oc bulſtrar*, h. e. Aurum & argentum, terra, mancipium & cornu, è qvo bibitur, vocatur theſaurus, & ingens (opum) cumulus. Derivatur à verbo *ad giöra*, facere, parare, operari.

GEYIA, proprie *latrare*; Dan. **at giøe**, transl. maledicere, Noſt. c. 7. *God geyia*, idola allatrare, vel malum iis dicere. Edda in Voluſpaa: *geyr Garmr mioc*, Garmus, (i. e. Cerberus) multùm latrat. *Hundurinn geyar*, canis latrat; Conf. Hiſtor. Gotr. & Rolf. c. 1. p. 3. 4. Hinc *Gey*, latratus.

GOD-GO, uſitatiùs GOD-GAA, *latratus in Deos*, vel ludibrium. Eccleſiaſticis dicitur *Blaſphemia.* Noſter cap. 7. Hùc *Hund-gaa*, canum latratus.

GÖDR, *bonus, benignus, probus*; fœm. *god*, neutr. *gott.* in genit. *gods.* in plur. Noſt. c. 9. *goder menn*, boni viri. Gudmundus Andreæ ait minùs probabile eſſe, *Gud*, Deus, à *Gödr* deſcendere; non tamen improbat ſententiam vice verſâ *Godr* derivantium à *Gud*, qvia Deus ſummè bonus eſt. Adde, qvòd *nemo bonus ſit*,

nisi solus Deus; qvæ verba ipsius sunt Salvatoris, Matth. c. 19. v. 17. *Havamal,* Stroph. 91. *Opt skal hann gods geta:* sæpe boni s. Dei mentionem faciat. Ab attributo illo divino *Godr,* vel ipsius Deastri nomine *God,* Sacerdos qvoqve & Deastri alicujus sacris præfectus *Godi,* & *Godords madr* est appellatus: nomine *Godord* videlicet munus, officium & potestas illorum venit. Dicebantur iidem qvoqve *Hofgodar,* ab æde seu delubro; de qvo inf. voc. *Hof.* In *Troju-manna Sögu pag. 46.* Sacrificiorum præsides sive principes nominantur *Blotgodar.* Apud Ulfilam Sacerdos sæpius *Gudge* appellatur, ut *maistans gudgans,* maximi sacerdotes, *auhumistans gudgans,* primarii sacerdotes, *finistans gudgans,* supremi sacerdotes, vel seniores: qvomodo Sacerdos apud Burgundios maximus *Sinistus* vocatur apud Ammian. Marcellin. lib. 28. i. e. *Senior,* ut ex Ulfila licet cognoscere: magis tamen honorem qvàm officium indicat hoc nomen. Sic *Godi* vel *Gudi* qvoqve dicebatur certæ cuidam ditioni præfectus, in qva jurisdictionem & alia secularia obibat officia, hodie Islandis *Syslumann,* Jutis Syssel-mand, reliqvis Danis Herreds-foged, &c. Sic dubio procul intelligenda cognomina *Godi* apud Nostrum cap. 1. ubi est *Snorri Godi,* & c. 7. *Thorgeir Godi,* ita denominati à *God* Deus, qvasi talis vir, cui jurisdictionis cura, & populi salus erat commissa, divinus esset, utpote à Deo auctoritatem suam & officium habens. In plur. *Godar* vel *Gudar* dicuntur judices, qvi simul erant fanis præfecti, & res sacras dirigebant, ut refert *Landnama part. 4. c. 7. in fine.* Eandem derivationem à *God* (Deus) habent

bent *Gode* & *God-ords-madur*, cum Toparchæ officium indicant; unde *Godord* pro ipsa præfectura seu toparchia sumitur. Sciendum autem, vocem *God*, qvâ Noster utitur cap. 7. & antiqvitas Deum denotabat, qvem qvoqve Pagani intelligebant, à Christianis (qvi ad differentiam à Deastro Deum *Gud* nominârunt) eô sensu esse traductam, ut *God* in neutro genere idolum & Christianis execratum Numen designaret; unde responsum Sigridis Storradæ seu imperiosæ, Sveciæ Reginæ, ita interpretatus Olafus Tryggvinus, Norvegiæ Rex, chirothecam ipsi in faciem impegit, qvasi illa Christianorum verum Deum, probrosô hôc cœlestiqve Numine planè indigno nomine, blasphemasset, Conf. *Torfæi Histor. Norveg. part. 2. lib. 9. cap. 14.* In Evangelior. tamen versione Gothica Ulfilæ Deus passim dicitur *Goth.* Hîc qvoqve monendum, Islandos scribere qvidem *Gud*, sed pronuntiare *Goud.*

GOTO, *persvadendo impetrabant*, Nost. cap. 7. *their goto at Hiallta*, ab Hialtio impetrârunt. Præs. *eg get*, Præter. *gat*, plur. *gaatu*, impetrârunt, it. acqvisiverunt. Conf. *Havamal.*

GRAI vel GREY, *catellus, canis venaticus.* Ita in illusorio suo contra idola carmine Hialtius Skegginus apud Nostrum cap. 7. vocavit *Freyam* vel *Friggam*, qvæ Septentrionalium fuit *Venus*, etiam *Diana*, ideóqve cum arcu & pharetra in Delubris repræsentabatur, cane venatico ad dextrum latus assidente. Propriè verò *Grey* significat fœtam canem; seu caniculam catulis gravidam; qvæ expositio carminis optimè *Freyæ* qvadrat, si pro Venere accipiatur. Hodie Islandi voce *Grey* de qvacunqve

 vili

vili ac inutili re, etiam hominibus, utuntur, qvando contemnendam eorum vilitatem exprimere volunt.

GRÆNN, GRÆN, GRÆNT, *viridis*, Dan. **grøn, grønt.** Inde *Grænland*, Danicè **Grønland.** Noſt. cap. 6. *Mar-grænn*, ad maris colorem viridis; *Grænka*, viriditas.

H.

HAGI, *pratum* vel *paſcua*, Noſt. c. 3. forſan ab *Heygia*, ſepimentô cingere, qvòd plerisqve locis ita incincta ſint paſcua; hinc Danis modernis eſt **at heige**, qvod eſt oppoſitum τȣ perdere vel negligere. In proverb. eſt: **Dend er nærmere lov, ſom vil heige end dend ſom vil øde.** Origo vocis videtur eſſe *Hagr, commodum* Islandis, aliàs ipſis *Hagnadr* dictum; qvò pertinere videtur: *thad hagar*, expedit. Inde Dan. **Behoger.**

HARMR, *mæror, dolor, luctus*, it. *querelæ*, Noſter cap. 5. *at ſækia of vig eda harma ſina*, in homicidii cauſis vel qverelis ſuis jus qværere. Hodie Danis alia eſt hujus vocis notio, ubi pro *excandeſcentia* uſurpatur, ut in Proverb. **Harm giør Helvede.** Inde **harmſlagen**, excandeſcentiâ percitus. *Harmdaudr* in Gotrici & Rolfi hiſtoria cap. 16. p. 89. dicitur de Regibus, qvos poſt exceſſum ſeriò lugent & deſiderant ſubditi, ut explicat in indice Verelius.

HAAS, *raucus*, Danicè **Hæs vel hees.** *Haas-maldr* in textu eſt *rauci-loqvus*. c. 8. **ſom taler heeſt, har et heeſt maal.** Huc *Haſi* raucedo. Inde haud ineleganter *hædinn* dicitur irriſor, qvod raucè i. e. malè de aliis loqvatur & ſentiat. Sed Islandis aliàs *hædinn* adj. eſt, qvi alios ſæpe irridet, unde *hædni*, irriſio. Utrum verò à raucedine cognomen

Haſna-

Hæſna-Thorus ſortitus ſit, cujus Noſter c. 5. meminit, id me adhuc latet. Fortè pronunciatum fuerit olim nomen ejus *Hænsna-Thorer* (priori *n* in ſcriptura eliſô) Danicè **Hønſe=Thor**, ab *hænſne*, gallus & gallina. Dicitur autem raucus Islandis aliâ voce *rämr*, qvod Cognomen à raucedine conſecutus eſt Daniæ Rex, Valdemarus I. vitioſè vulgò ſcriptum *Rami*.

HAA-TID, *feſtum*, Noſt. c. 9. fine. Danicè **Høj=tid**. Compoſ. ab adj. *haar*, altus, & *tid*, tempus.

HEIDI, *teſqva*, plur. *heidar*, Noſt. c. 2. Danis hodieqve eſt **Heed**. German. **Heide**, ut **Kropper=Heide, Grander=Heide**, in Holſatia, & olim in Jutia *Graten-heide*, à qvo cognomen Sveino Erici, Dan. Regi inditum, qvòd ibi in prælio, qvod cum Valdemaro I. iniit, occiſus eſt. *Gudmundus Andreæ in Not. ad Woluſpa Stroph. 21. pag. 46.* exiſtimat rectiùs ſine aſpiratione dicendum *Eide* i. e. *deſertum*, ſi ita ſit, facilè dignoſcimus cauſam nominis prædii in Sælandia **Jomfruens Eide** dicti. Retinetur tn. aſpiratio in nomine ejusdem originis: *Hethinge* vel *Hedinge magle*, hodie **Store Hedinge**, qvæ urbs eſt in Sælandia, ut **lille Hedinge** pagus qvidam. Cæterum, ut Latinis à *pagis* dicuntur *Pagani*, ſic Islandis procul dubio ab *heidi*, teſqva, dicuntur *Heidingiar*.

HEIDNIR-MENN, *viri ethnici*, vel *pagani*, Noſter cap. 2. Oddus Monachus in Olafs Saga cap. 37. *heidna menn* appellat. Dicuntur qvoqve *Heidingiar*, profani, in Singul. *Heidingi*, qvam vocem nonnulli deducunt ab *Heid* pecunia, divitiæ, opes, qvòd opibus inhiarent, & Plutonem ſeu Mammona ſtrenuè colerent Ethnici. Verùm difficile probatu erit, voce *heid* pecuniam ſigni-

significari: At in Edda vocatur ea pecunia *heidfie*, qvam Reges in suos satellites erogant. Verior ut puto, est derivatio illa ab *heidi*, id est, tesqva, & Poëtis qvodvis solum; nisi sit ab *heidur*, honor, qvod maximè arridet.

HEILL, *totus*, *integer*, Noster cap. 4. *heilom vikom*, totis vel integris hebdomadib. Dan. **heele uger**. Græciæ ortum debet ut matri, cui ὅλος.

HERIAR-FE, vid. *Alls-heriar-fe*.

HERSIR dicuntur ab *Her*, exercitus, ferè idem qvod hodie **een** Capitaine. Erat autem *Primorum* nomen apud veteres Norvegos, qvô designatur *Baro*, *Satrapa*, *Præfectus*, Nostro cap. 2. *Ketill fimus* princeps Hæbudarum dicitur *Hersir*. Interdum hôc vocabulô designabantur qvoqve *Jarli* seu Comites, qvamvis dignitate superiores; ut vice versâ *Jarlorum* nomine qvandoqve *Hersii* sint gavisi; nempe si Præsides essent & Judices, vel Præfecti territorio cuidam aut militiæ, Tribuni cohortis, ut ex Edda constat: non enim militiam tantùm administrabant; verùm etiam jurisdictionem, unusqvisqve in assignata sibi à Rege ditione aut provincia; adeò ut munere Tribuni militum in bello, & Prætoris (**Hövding**) seu Toparchæ in pace (ut ex historiis liqvet) fungeretur. Sunt vero tales Præsides provinciarum etiam vocati *Lendir-menn*, ut nostro ævô **Lands-mænd, Amt-mænd**, qvamvis illud interdum dignitatis nomen olim fuerit, non officii. Conf. *Hirdskra*, ibiqve *Jani Dolmeri notas*. Petrus Claudii, Pastor Undalinus, in Versione Danica Chronici Norvegici pag. 42. & 151. *Fri-Herrer* appellat, qvod idem est ac *Baroner*; nimirum hodiernâ significatione.

ficatione. Conf. Nobil. *Keyslerus* in *Antiq. Septentrional. & Celticis, p. 40.* ubi varias ejus vocis notiones affert veteribus usitatas, hodie tn. antiqvatas. Cùm verò hanc vocem egregiè illustret *Edda Snorr. Sturlæi, part. 2. Cap. de Regionum aliqvot Nominum Origine*; in Lectoris gratiam Eddica illa huc transferre non gravabor, qvæ emendata hujus sunt tenoris: *Næst Jarla eda skat-Konunga eru their menn er Hersar heita. Enn i einu landi eru mörg heröd; og er that haattr Konunga, at setia thar Rettara yfir so mörg heröd, sem hann gefr til vallds, og heita their Hersar edr Lendir menn i Danskri Tungu.* i. e. Post Comites sive Reges tributarios ii sunt, qvi Herser vocantur. Sed in qvavis terra multa sunt territoria, seu regiones; ideóqve Reges solent Justitiarios constituere super tot territoria, qvot iis regenda committunt: hi Danicâ lingvâ Hersar (Heroës seu exercitûs præfecti) s. Lendir-menn (indigenæ) nuncupantur. Pergit Edda: *eñ Greifar i Saxlandi, eñ Baronar i Englandi: Their skulu og vera retter Domarar og retter Landvarnarmenn, yfir thvi Riki, er theim er fengit til stiornar: Ef ei er Konungr nær, thaa skal fyrir theim merki bera i orrosto, og eru their thaa jafn retter Herstiorar, sem Konungar eda Jarlar.* i. e. Sed in Saxonia Greifar (Comites) in Anglia Barones: hi qvoqve justo jure judices sunt & defensores commissæ sibi ditionis: verùm si Rex absens fuerit, vexilla illis in pugnis præferantur, qvod tunc æqvalis sint potestatis cum Regibus & Jarlis, in regendo exercitu. Hæc Edda. Fuitættereà apud veteres alius adhuc Magnatum status, *Hauldicus* dictus, idem scilicet, qvi Nobilitatis; veluti de Hallodo, Orcadensium

Comitis Rognvaldi filio, Orcadibus præfecto legimus, illum generis dignitatísq; oblitum, latronum Orcades infestantium tædiô, qvibus compescendis imparem se judicavit, abdicatô officiô, summo cum dedecore opprobrióqve in patria, Hauldicô statu receptô, contemtui fuisse. Est autem *Hauldus* è *jure veteri Gulathingensi* Tit. *Landzleigubalki cap. 60.* qvi in bona allodialia, tam paterna qvàm materna, successit, medius inter Barones seu Satrapas & rusticorum eos, qvi bona soli sed non gentilitia possidebant; pari scilicet ab utrisqve intervallo distans *Hauldus* est; unde, ni fallor, vox *Odel* hodieqve Norvegis in usu & jure est. Præterea Barones seu præfecti & Satrapæ pariter ac Comites à Regibus creabantur, *Hauldi* nascebantur.

Heyiasc pro *heyiast*, infinit. pass. *inchoari*, *haberi*, verbi *ad heyá*, inchoare, agere, celebrare. Noster cap. 5. *oc matti thingit eigi heyiasc at logum*, nec forum potuit celebrari secundum legem. Dan. og kunde Tinget ikke holdes efter loven. Inde *Thing-haa*, celebratio fori, Tingholdelse; sc. à pagis & prædiis, qvæ ad unum certúmq; forum pertinent.

Hia, i hia, præpos. regens dativum, *penes*, *apud*, *proximè ad.* Noster cap. 7. *stadr ibia Olfosvatni*, locus Olfosvatni proximus.

Hingat, *huc.* Nost. cap. 7. & 10. vid. *Thangat.*

Hlaup-or, ad verbum Lobe-aar, *Anni bissextiles.* Nost. c. 4. à *hlaup*, citissimus cursus, qvòd talis annus die uno reliqvos excedit annos, numerúmqve qvasi excurrit. *Hlaupa* verbum est, citò currere, at løbe hastig. De *Or* vid. *Aar.*

HLYDA, *obsequi, obedire*. Dan. lyde, adlyde. transl. *bonum eventum & successum sortiri*, qvô sensu Noster c. 7. *oc letu ser eigi annars von, enn that mundi blyda*, dixeruntqve spem sibi, id fore successurum. item cap. 4. *oc freista hve tha blyddi*, & tentare, qvomodo tunc res succederet. Inde est *Hlydni*, obedientia, obseqvium, *blydinn*, obediens, obseqvens, *blydnir*, obedientes: Nost. cap. 10. *that ero miclar jartecner hvat lydnir Lannzmenn voro theim manni*; hæc sunt documento, qvantum obseqvii populares illi viro præstiterint.

HØFDINGI, in plur. *Høfdingiar*, Danis hodie Høvdinger, Principes, Duces, Primores, Magnates, Nost. cap. 3. & 9. *Høfdingiar oc Rikismenn*, magnates & proceres, qvi publicis regni negotiis præsunt, Nost. c. 8. *Hofdingsmenni*, idem. Alio qvoq; sensu Noster cap. 5. ubi verbis: *Høfdingi at søkinni*, Actor vel princeps in causa homicidii indigitatur, qvi in hodiernis legibus dicitur Efter-maalsmand; is scilicet, qvi occisi est proximus hæres, vel qvem caussa ob necessitudinem cum defunctô proximè tangit. Hæc omnia non ab *hof*, fanum, derivantur, sed ab *höfud*, caput. Nec *hof*, aula, est vox Islandica, verùm Germanica, indeqve Danica facta: aula enim Islandis dicitur *Høll*; Hist. Gotrici & Rolfi c. 19. *Kongr fic men til at bioda honum til veitzlu i høll sina*: Rex fecit ipsum ad convivium in aula sua invitari. Vox est aliàs ubivis obvia, pro qvo Dani hodie dicunt Hof & Hoffet. Huc: *Hofdingzscap*, gubernatio. *Hofdreng*, ut apud Oddum Monach. cap. 5. *hann var mioc godur hofdrengr*, erat is optimus aulicus. Modernis Danis Aulici dicuntur *Hofmand*, qvi scil.

ad aulam pertinent, & negotiorum aulicorum sunt periti. *Drengur* autem veteribus erat vir fortis, etiam idem, qvod hodie Danis est **Karl**: olim qvoqve, ut adhuc Norvegis & Scanis dicitur **Dreng**, qvi servit, qvamvis ætate sit provectior. Sic memini me in Resenii versione Bibliorum Danica legisse de Josua, qvamvis septuagenario: **Og Drengen blev i leiren.** Inde est *Dreingskap* in Gotrici & Rolfi Hist. c. 40. *Hefr thu meir unnit thetta mal med uelum oc oretuisi enn med Dreingskap:* plus tibi hâc vice profuit fraus & dolus qvam fortitudo. Verum *Hird* est aulicus comitatus, satellitium, ab *hirda*, custodire; Inde *Hirdmadr*, aulicus; *Hirdstiore*, aulæ præfectus, hodie **Ober-Hof-Marskalk**, *hirdvist*, vita aulica, *hirdskra*, leges aulicæ.

HOF, *fanum*, *delubrum*, vel *Deorum templum*, ut apud Nostrum cap. 3. *hann gaf se that sidan til hofs*, dedit id peculium postea fanis. *Hofud-hof*, publicum & primarium fanum, in Landnama part. 4. c. 7. In Hervarar Sögu: *Hof i Gautlandi, er i var hundrad Guder oc helgat Thor*, Fanum in Gotlandia, in qvo centum dii erant; Thoro consecratum. Inde *Hofgodi* veteribus Sacerdos, qvi Sacris Deastri alicujus erat præfectus, & *Hofgydia*, Sacerdos fœmina, qvæ idolis ministrabat. Landnama part. 4. c. 10. *Alfeidur var modr Thordar Freys Goda ok Thuridar Hofgidio:* Alfeida mater erat Thordi Freyæ Flaminis & Thuridæ, Sacrorum ministræ.

HRÆ, *cadaver*, plur. *Hræinn*, Nost. c. 3. Inde certum carnivorarum avium genus hodieqve Septentrionalibus *Hræ-fuglar* vocantur, qvòd scil. cadaveribus inhient, iisqve saturari gestiant.

HROSS,

Hross, *eqvus* & *eqva:* priſcis enim *Hroſs* utrumqve ſexum denotavit. Genit. plural. *hroſſa*, eqvorum, Noſt. cap. 3. *bryſſa*, eqva, Dan. et Hors: *unghryſſa*, eqva juvenca; *merbryſſi* eqva eſt. *Stodhroſs*, eqvarum grex. Dan. Stod-hors. Dicitur aliàs abſolutè *Meri*, ut Danis Mær, ab antiqvo vocabulo *Mar*, eqvus, qvæ vox hodiè Poëtis tantum in uſu. Occurrit aliàs in Haavamal, Stroph. 74. ubi etiam legitur *heſtr*, nunc Dan. Heſt: *heima ſkal heſt feita*, Domi pingveſcat eqvus; add. Stroph. 77. ubi eſt: *heſti alſkiötum*, eqvus alacer. Germanis Roſʒ eſt eqvus. Noſtratibus hodieqve per metatheſin dicitur *Hors*, eqva, olim *Ors*. Anglis qvoqve dicitur *Horſe*.

Hvargi vel Hvergi, *nullibi*, Noſt. cap. 10. *enn adr var hvergi*, ſed antea nullibi erat. Compoſ. videtur à *hvar*, ubi, & *eigi*, non.

Hve, *qvomodo*. Noſt. cap. 4. *oc freiſta hve tha blyddi*, & tentare, qvomodo tunc res ſuccederet.

Hvila, Hvilast, *qvieſcere, reqvieſcere*. Præter. *hvildi*. Noſt. c. 7. Hodieq; Danis dicitur: at hvile, at legge ſig til hvile.

Hvitur, *albus, candidus*. Inde apud Noſtrum in Prol. alióſqve veteres Hiſtoricos Uplandorum in Norvegia Rex, Halfdanus *Hvitbeinn*, i. e. *Albipes* eſt cognominatus.

Hurfu, Noſt. cap. 3. *ibant, tranſibant*. Gotr. & Rolfi Hiſt. cap. 39. princ. *Nu er thar til mals at taka: er fyrr var fra horſit:* Nunc eò narrationem dirigamus, unde antea deflexim?s. *hurfu ſaman*, in unum coierunt, deliberandi aut pugnandi cauſſâ. Noſt. c. 7. Hodie ſcribitur *hvurfu*: eſt enim Præter. plur. à verbo *eg hverf*, eo, transeo; Infin. *hverfa*, ut: *ad hverfa ad thvi raadi*, id conſilii capere, &c.

Hyggia, *cogitare, credere.* Præter: *Hygdist* & *Hugdi*, credebat, vel videbatur. Noster cap. 4. Est etiam *Hyggia* cogitatio; qvandoqve Sapientia. Anglo-Saxonibus *Hyge* est mens, animus, ac Belgis *heugen, geheugen*, meminisse. In Edda Mytholog. 34. *Hugin* est animus, nomen unius binorum Corvorum Odino in aurem susurrantium, qvæ nova vident & audiunt. Otfrido Monacho *Hugen* est cogitare, in animo habere, de qvibus plura notavit *Keyslerus in Antiqvit. Septentr. & Celtic. p. 149. seq.*

I.

Jafn, Jøfn, *æqvalis.* Nost. c. 5. *Jøfn dom*, æqvale forum. Hinc *Jafninge* & *Jafningiar, Jafngilldur, Jafngodur*, æqvales, pares, socii, Dan. **Jævninger, Jævngode, Jævnlige.** Inde qvoqve *Jafnadr* vel *Jøfnuder*, Danicè **Jævnet**, ut in LL. **at kalde Arvinger til Jævnet**, hæredes ad æqvalem divisionem hæreditatis citare. It. *Jafndægre*, æqvinoctium, Dan. **Jævn-Døgn**, *Jafnalldre*, coætaneus, vel parili qvi est ætate, Danicè **Jævnalderne.**

Jarl, *Comes*, Noster cap. 2. Nonnulli derivant ab *erli*, in Nominat. *erill*, cura, vigilia, sollicitudo cum circumambulatione; & *erill* ab adverb. *ärla*: Dan. **Aarle**: *ärla* verò ab *är*, matutinum tempus; ideòqve *Jarl* sit, qvi matutinô tempore curam habet suorum: nam matutinum tempus sublimium rerum curis ac meditationibus optimè conducit. Inde est, qvòd Latinum *manè* qvidam à casca & antiqvata voce *manum*, id est, bonum, deducant; qvomodo in Ebræa lingva aurora dicitur שַׁחַר (*Schachar*), cujus radicem in Piel *meditari, inqvirere*, sunt qvi interpretantur, fortè ex illo loco Prov. c. 13.

c. 13. v. 24. *schicharo Musar.* Coincidit vocabulum illud *Jarl* cum Anglorum *Earl*, & planè convenit cum Cambro-Britannico *Jarll.* Conf. *Hersir.*

JARTEGN vel JARTEIKN, plur. *Jarteiknir*, *Documenta* vel *probationes* & *certa signa in confirmationem.* Noster c. 10. Nonnulli derivant à *jórd*, terra, & *teikn*, signum, qvasi terrenum signum, rationem trahentes ex veterum sodalitatis juramento, terram subeuntium, aut hujusmodi qvodam ritu. Plerumqve hæc vox pro *miraculis* usurpatur à veteribus ut de candentis ferri gestatione, (*jarntakn, jarnburd*) & de ordalio, qvod Dei judicium majores autumabant.

I-GEGN, partic. *adversus*, *contra. I-gegn-mala*, vid. *Mala*, it. *Gegn.*

I-HIA, vid. *Hia.*

JOFN, vid. *Jafn.*

IRSCER (IRSKER), *Iberi* vel *Hiberni*, Dan. Irlænder. *Bækur Irscar*, libri Hiberni, Irlandske Boger. Nost. cap. 2. Et cap. 8. *Johann enn Irski*, Johannes Hibernus.

K.

KALLA, (Nostro cum *c* ab initio scribitur) *vocare*, *nominare.* Particip. præt. *Kalladr*, vocatus, nominatus. Noster cap. 2. & 3. Dan. at kalde, kaldet.

KAUPA (Nostro scribitur cum *c* initiali) Præter. *hann keypti*, emebat, c. 7. Danicè at kiøbe, hand kiøbte. Inde *Kaupmali*, nundinæ, item contractus & conditiones inter ementem & vendentem: unde *Kaupmala-bref*, literæ, qvæ confici solent de pecunia, qvam sponsus & sponsa ad matrimonium afferunt; Germanis Ehe-Pacten: *Kaupeirir*, merces; *Kaup-madur*, mercator, Danicè Kiøbmand; *Kaupstadur*, emporium, Dan. Stabel-stad, etiam Handel-stad, Kiøb-stad, oppidum vel urbs.

KEIPLABROT, *Scalmorum fragmenta.* Noſt. c. 6. *Keipar* dicuntur ſcalmi ſ. claves lignei ab utraqve parte interſcalmii, qvi determinant ſpatium agitationis remi inter remigandum: habet in gen. plur. *keipa*, qvi fortè hîc loci per *keipla* effertur, interpoſitô *l* euphoniæ gratiâ, aut qvòd in Nominativo habuerit *keipill*, qvaſi *ſcalmulus*, qvæ eſt terminatio diminutivorum. Aliis intelligitur hîc *keſle*, baculus, ſeu fuſtis, curtus teres & oblongus. Norvegis hodieqve Kiæble. *Brot* eſt fractio, fragmentum, unde *brotna*, frangi.

KENNA, propriè *noſcere*, translatè *inſtituere*, *docere*, *erudire*. Præt. *kendi*. Noſt. cap. 7. *Thangbrandr kendi monnum Criſtni:* Thangbrandus docebat homines Chriſtianiſmum. Inde *kunnatta*, ſcientia, doctrina; *kenſla*, actus erudiendi & informandi; *Kenning*, inſtitutio vel ſermo doctrinalis; *Kennimadr*, *Kennifader*, Doctor, Sacerdos. *Kennimenn* Præceptores & eruditi dicuntur veteribus, ut apud Noſtr. cap. 9. *Isleifr vas miklo nytri, enn adrir Kennimenn:* Isleifus multò majori erat uſui, qvàm reliqvi eruditi viri; & cap. 10. *Lóg ſogd upp i Logretto af kennimonnom:* Lex in loco Comitiorum à peritis viris recitata; ubi, ni fallor, intelliguntur Presbyteri, qvomodo hodieqve Islandis vocantur *Kennimenn: Kunnatta*, ars. Huc *kunnr*, notus; *okunnr*, ignotus, peregrinus. Noſt. c. 5. *at fara i ocunn thing*, ignota fora qværere. Conf. *Kunnr.*

KONA, *mulier*, *fæmina*, *uxor*, Plur. *Konor.* Noſt. cap. 2. In Gotrici & Rolfi hiſtoria ſignificat virginem, cap. 41. ubi Ingibiorgis, Rolfi Irlandiæ Regis filia, de ſe ipſa virgo adhuc ita loqvitur: *tui at that ſomir eigi riki Konum*, propterea qvod

qvòd illuſtres virgines non deceat. In eadem hiſtoria c. 13. eſt *Kuonar-efni*, ſponſa: Danicè diceretur Kone-æbne, i. e. **Brud eller forlovet Møe.** Gudmundus Andreæ in Lexico Island. vult rectius eſſe *Kvona* & *Qvona*. Verùm hæ voces nusqvàm in Islandica lingva ſunt vel fuerunt obſervatæ, niſi apud Poëtas *Qvon*; ſed *Kvinna* hodierno uſu freqvens eſt. Nec *Kona* adſciſcit *v* niſi in Genit. plur. ubi *qvenna*, mulierum, accuratione veterum; ne *Kona*, qvi aliàs eſt caſus genit. plur. regularis & analogicus, incideret cum Nominativo ſingulari: hinc in derivativis ferè omnibus *v* poſt *k* Euphoniæ gratiâ videtur injectum, ut: *Kvendi*, muliercula; *Kvintur*, uxorius, apud Poëtas. *Ad kvongaſt* & *kvænaſt*, uxorem ducere; *Kvongadur* & *Kvænïur*, uxoratus. Danis in uſu eſt Kone & Qvinde. Apud Anglos dicitur Regina *Qveen*, ſecundum excellentiam, qvippe omnium mulierum illa præſtantiſſima. *Kven* eſt Ulfilæ, Marc. 6. v. 17. *Qvena* Otfrido Monacho in Evangeliis & Tatiano in Harmon. Evang. c. 2. §. 5.

KONUNGR, KUNUNGR, & per Syncop. KONGR, *Rex*. *Konunga æfi* Noſtro in Prologo eſt Regum vita vel hiſtoria; & *Konungrenn*, hodie Kongen, c. 2. Hinc *Einnkonungr*, Monarcha, Noſt. in prologo. Dicitur aliàs *Einvallds-Konungr*, ut in Gotrici & Rolfi Hiſt. cap. 31. *tok da Hrolfr Konungr riki alt under ſig, oc giordiſt Einvallds-Konungr yfer Suithiod:* Subjecit tum ſibi Rolfus totum regnum, & factus eſt Monarcha Sveciæ. *Herkongr*, militiæ Imperator, hodie General; *Sækongr*, Rex Claſſis in mare, nunc Amiral. De Etymologia vocis *Konungr*, qvæ Sperlingii & aliorum ingenia

 mirè

mirè torſit, notandum derivari illam à veteri nomine *konr*, id eſt, vir: *Ungur* mera eſt terminatio, ut in innumeris aliis vocibus. Itaqve *Konungr* eſt qvaſi *vir totius populi.* Fæmininum à *Konr* eſt *Kona*, adeò ut *Konr* & *Kona* ſit mas & fœmina: Unde Anglis Regina dicitur *Qveen.* De voce *Konge* peculiarem ſcripſit Tractatum *Otho Sperlingius* noſtras.

KUNNR, *notus*, vid. *Kenna.*

KVEDA propriè eſt *dicere, effari:* impropr. *canere, cantare.* Præter. *kvad*, dicebat. Noſt. cap. 5. 6. & 7. Eſt qvoq; veteribus locutio: *qveda jaa vid*, affirmare aliqvid; Dan. ſige ja til en ting. Interdum eſt *falsò dicere*, ſe jactare, ut cap. 8. *Their er Byſcopar qvodusſt veſa*, qvi Epiſcopos ſe jactabant. Huc *Kuöd* vel *Quöd*, in gen. *quadar*, poſtulatum, votum.

KYN, *genus, progenies*, in Genit. *Kyns.* Noſt. in Prol. & alibi. Vox eſt hodieq; Danis uſitata, qvibus Kiøn, & Qvinde-Kiøn dicitur. Etiam eſt in genit. caſu *konar:* Noſt. c. 6. *af thvi ma ſcilia, at thar hafdi theſs-konar Thiod farit.* Unde cognoſcere licet, eò profectos fuiſſe hujus generis homines. Conjunguntur hi Genitivi cum his ferè pronominibus & adjectivis: ut, *theſskyns* & *theſskonar*, hujus generis; *hverskyns* & *hverskonar*, cujuscunq; generis; *allskyns* & *allskonar*, omnis generis; *margskyns* & *margskonar*, varii generis &c. In cantibus Danicis obvium eſt vocabulum Alskens, qvod veteri Lingvâ eſt *allskyns.* *Kyn* autem ab Ulfila dicitur *kun*, Marc. 8. v. 12. Luc. 9. v. 43. & cap. 7. v. 3. Tatianus l. c. c. 4. §. 6. *in cunnu inti cunni*, à generatione in generationem, qvod Otfridus ita exprimit: *for kunne zi kunne*, l. 1. c. 7. A *Kyn*, genus, indoles, eſt *Kynd*, creatura, naturæ proles,

& animal qvodvis; etiam *kyndur*, genus, progenies, soboles, ut *helgar kyndur*, in Völuspa Stroph. 1. sanctum genus, *Mannkyndur* & *Lydakyndur*, humanum genus. Est qvoq; Poëtis *kundr*, filius, gnatus: de fœminina prole *kind*. Conservaverunt primævum hoc vocabulum Germani in Kind & Kinder.

L.

LÆRING, *disciplina*, scilicet discendi actus. Nost. c. 9. *tha seldo honom marger Sono sina til Læringar:* tum mittebant illi multi filios suos in disciplinam. Verbale est à *Læra*, discere: inde *Lærisveinn*, discipulus. *Olærdr*, indoctus, vid. suo l.

LAND-AUDN, *regionis desertio, evacuatio, desolatio, vastatio.* Nost. cap. 2. Compos. à *Land*, terra, regio, & *audn*, vacuitas, ab *audr*, vacuus. Thema *eg eydi*, infinit. *ad eyda*, evacuare, desolare. vid. *Eyddisc*, superius. *Audnir*, evacuata & relicta habitacula, it. deserta, Dan. Ode gaarder, ode stæder. *eydir*, desertor, desolator. Nescio an huc pertineat *Audunn* Nomen viri, & in Edda Cognomen Odini à Græco ἐδεὺς.

LAND-AURA, vide *Aura*.

LAND-FLOTTI, *fugitivus è sua terra, extorris.* Nost. c. 3. à *land*, terra, & *flotti*, fuga.

LAND-STIORN, *regimen, imperium.* Nost. cap. 8. q. d. Danicè Land-styrelse; à *Land*, regio, terra, & *stiorn*, regimen, gubernatio. Dicitur etiam *Landrad*, priscis Scriptoribus Islandicis. In Gotrici & Rolfi historia cap. 17. est *Rikis stiorn edur hofdingzskap*, regimen & gubernatio: & c. 16. est *Forstiori*, Rex, gubernator. Etymon est *stiorna*, gubernare, regere, Dan. at styre. Inde in Navi à *stiornborda*, dextrum latus, Dan. Styrbord; ut sinistrum à *bakborda*, bagbord dicitur: *Stiornarlaus*, dissolutus, sine regimine.

(f) 2 LANNZ-

LANNZ-MADR, *conterraneus*, *popularis*, eandem incolens regionem. Plur. genit. *Lannzmanna*, & Nom. *Lannzmenn*, populares. Noſt. cap. 10.

LAUN, *clanculum*, *occultè*. Noſter cap. 7. *blota a laun*, occultè ſacrificare. Sic *kaupa a laun*, clanculum emere, Danicè **lønligen, i løn, i løndom**. Huc *Launthing*, conventus clandeſtinus, Danicè **lønlig Samenkomſt**; *laungetinn*, filius ſpurius, nothus.

LAUSA AURAR vel EYRIR, *ruta cæſa*, *res mobiles*, Dan. **løs øre**. Noſt. c. 10. *i Lauſa aurum*, & poſt. *i lauſom aurom*, in rebus mobilibus. Dicitur aliàs *Lauſafe*, in Landn. part. 2, cap. 24. & part. 5. c. 12. à *laus*, ſolutus, verbi *leyſa*, ſolvere: à Græco λύω, λύσω. Inde *lauſn*, ſolutio, Dan. **løſen**, Gr. λύσις.

LEITA, *qværere*, *inqvirere*. Præt. *leitadi*. Noſt. cap. 4. *tha leitadi hann theſs rads*: tum hoc qvæſivit conſilium, i. e. *iniit*, *ſumſit*. In Compoſ. *epterleitinn*, avidè qværens.

LEYSINGI, *libertus*, *manumiſſus*. Noſt. cap. 3. à *leyſa*, ſolvere; etiam dimittere. In Gotrici & Rolfi hiſt. c. 31. *at leiſa ud med giofum*, honorificè aliqvem dimittere. Dicitur qvoq; *lauſa-madur*, homo ſui juris, ſolutus & liber, à *laus*, Islandis æqvè ac Gothis ſolutus, caſſus, vacuus & inanis. Aliô ſenſu dicitur *lauſa kona*, fœmina diſſolutis moribûs vivens, vel proſtibulum. Dan. **Løs qvinde**. Occurrit in Runa Capitula vox *lauſung*, qvâ notatur perfidia, fucata mens, vel hypocriſis, interprete *Gudmundo Andreæ*; ſed ferè idem eſt qvod mendacium. Lanionibus autem ſignificat vox *Lauſung* inteſtina.

LID denotat (1) auxilium. (2) cohortem militum auxiliarium, qvando pro militibus ponitur, ut apud Noſt. cap. 5. *thar fell Tho-*

rolfr

rolfr ur lidi Thordar Gellis: ibi cecidit Thorolfus è numero militum Thordi Gelleris. Et poſt pauca: *Tha fellu menn ur lidi Odds:* tum cecidere viri ex iis, qvi Oddo erant auxilio. Danicè dicimus: Tage Parti, ſtaae paa eens Side, hielpe een.

LIKAR, *placet*, *mier likar*, verbum imperſonale; mihi placet. Noſt. in prologo: *Enn med thvi theim likadi ſva ad hafa:* cùm verò illis id ita placeret. Dan. De vilde det ſaa have: dem ſyntes at det ſkulde ſaa være. Eſt & *lika*, placere.

LITA, *aſpicere*, *cernere*, *videre*. Præter. Paſſiv. *litiſc*, videretur, Noſt. cap. 10.

LØG, *lex*. Plur. tantùm. Noſt. Cap. 3. Dan. Lov; cum Artic. *løginn*, Dan. Love, Lovene. In Hiſtoria Gotrici & Rolfi cap. 16. dicitur *Lands Log*. Noſt. cap. 4. *i Log leidt*, in legibus relatum, legibus cautum. Et cap. 8. *hann ſetti fimtar Doms Løg*, legem de judicio qvinario condidit. Qvalis verò hæc lex fuerit, me adhuc latet: vid. tamen not. (x) ad cap. 5. Origo autem vocis *Log* qvin è Græcia ſit arceſſenda, nullus dubito, à λόγος ſcilicet. Alii autem derivant à verbo *Laga*, formare, in ordinem componere; qs. leges hominum mores componant & ordinent. A *Løg* eſt in compoſ. *Løg-eid*, juramentum legale, qvod qvale fuerit apud Ethnicos, è Landnama cap. 7. licet cognoſcere. Porro *Lagabrot*, prævaricatio in legem: item

LØGBERG *legis rupes*, à *Løg*, lex, & *berg*, rupes vel petra: vocabulum freqvens in codice legum Iſland. & ſæpius Noſtro, ut aliàs *Thingberg*, rupes forenſis, forum, ita dictum, qvòd ad rupem quandam celebrare Comitia moris eſſet. Eſt enim hæc rupes in loco Fori univerſalis (*Al-thing* dicto) ſita, in cujus locum hodiè ſucceſſit domus. Conf. *Thing*.

LOGRETTA, *consessus judicialis, locus ubi leguleji consident.* Componitur à *Log*, Lex, & *retta*, rectificatrix, qvasi legum rectificatrix, vel ad normam legum rectè judicans. Antiqvitus autem nulla erat domus sed locus in *Logberg* dumtaxat, qvi hôc nomine gaudebat. Nost. cap. 5. & 10. inde *logrettu menn*, juridici, Assessores plebeji, qvi sunt designati.

LØGSAGA, peritia juris vel legum. *Logsogo madr* Nost. cap. 5. *Logsogomann* cap. 3. & 7. legis peritus, legifer, legum assertor. Est qvoqve *Logsaga* Nomophylacis officium dignitatémqve indicans, id qvod magis ad auctoris sensum. Nost. cap. 8. *tha tok Steinn Thorgestsonr Logsogo:* tum Nomophylacis officium adiit Steinus Thorgesti filius, & *Logsogn* idem. Erat autem *Løgsogumadur* prolocutor legum, qvi priscis temporibus, cùm nulla haberetur Lex scripta, pro officio indicaret qværentibus, qvænam esset legum sententia, de qvo vid. not. (i) ad c. 10. Hodiè verò magis in usu est vox *Løgmadur*, i. e. vir legum, qvi secundum legis normam judicat, Legista, Prætor, Nomophylax, Dan. Landsdommer; Norvegis & Svet. Laugmand. Huc *Lagamadr*, jurisperitus, &c.

LYGINN, *mendax*, vid. *Olyginn.*

LYSA, *publicare, manifestare, declarare*, Nost. cap. 8. *at lysa vigi*, cædem vel homicidium publicare, vid. *vig.* Danis hodieqve est: at lyse paa Tinget eller anden Stævne. inde *lysing*, ipse actus publicationis; modernis Danis Lysning, Til-lysning, Tinglysning. Hæc omnia à *Lios*, lumen, Dan. Lyys, derivantur.

LYXT, indic. Pass. Nost. cap. 10. fin. *Her lyxt sia boc*, hîc clauditur iste liber, i. e. *definit, absolvitur, finitur;* à verbo *lykia* vel *luka*, claudere,

dere, absolvere, consummare. Huc pertinent: *lok* operculum, Dan. Log; *loki*, obex; *lykill*, clavis, Dan. Negel, &c.

.M.

MÆIDA, vid. *Meida*.

MÆLA, *dicere, loqvi*. Præter. *hann mællti*, dicebat, loqvebatur, Noster cap. 4. Inde *Nýmæli*, nova lex, Nost. cap. 10. Cum verbo *eg mæli* construitur præpositio *gegn* contra, cap. 7. *their voro tho fleiri es i gegn mællto:* erant tamen plures, qvi contradicebant. Dan. est: imodsige, igiendrive. Retinent tamen id Dani adhuc voce bemælde. Inde *Maal* (1) locutio, Hinc *Mæli*, loqvela, seu loqvendi actus, ut: *ad missa mælid*, loqvelâ privari, Dan. at miste sit Mæle. (2) *Maal* est causa forensis, ut Nost. cap. 5. *at koma thvi Maali til Laga*, causam illam legibus subjicere. *Nymæli* est nova res forensis, etiam nova Lex, de qva voce inf. sub *Ny*. Aliud est *Maal*, vicem vel tempus denotans; unde *Maaltid*, certô tempore cibi sumtio, Dan. Maaltid; *Dagmaal, Nattmaal*, hora dimidiata octava ante & post meridiem, aliis verò nona.

MAANI, *Luna*. Apud Nostrum cap. 3. est cognomen Thorchillis Juris periti, cujus caussam vide ibid. in Not. Originem debet hæc vox Dorico *μάνα*, pro *μήνη*. Inde est *Manodagr*, dies Lunæ, it. *Manadr* vel *Manudr*, Mensis. Aliter Luna dicitur Islandis *Tungl*, fortè a *Tun*, area, qvòd area nunc plena, nunc jejuna & vacua conspiciatur, lunâ qvandoq; crescente, aliqvando decrescente.

MARGUR, MÖRG, MARGT, *multus, -ta, -tum*. Plur. *marger*, multi. Nost. cap. 9. & cap. 10. *Margrakynia audæfi*, varii generis divitiæ, it. Cap. 7. *a margà vego*, multis viis. Oddus Monachus

in

in Vita Olafi Trygvini cap. 34. *Marga daga ſidan*, multis diebus poſteà. Inde Compoſ. *Margſpoc*, multùm ſapiens, Noſt. cap. 1. vid. *Spakur*. In Edda Sæmundi Stroph. 19. legitur *margs vitandi meyar*, multiſciæ virgines; *margvitur*, multiſcius; *margkunnadr*, multiſcientia; *marglati*, excelſi animi, magnanimus. Sed ad verb. multifariam ſe gerens, à *margr*, multus, & *lati*, geſtus, actio. Sic *margfalldr*, multiplex; *margflokinn*, multiplicatus; *margviſlega*, multifariam. In Gotrici & Rolfi Hiſt. hæc cum *margr* compoſita occurrunt: *margkuiſlad lim*, ramus frondoſus; *margmenni*, multitudo; *margtalat*, multorum ſermone vulgatum. Eſt qvoq; *margr* Subſtant. (aliàs *mergd*, multitudo, copia) ut: *einginn maa vid margnum*, nemo multitudinem ſuperat.

MATR, *cibus, eſca*. Inde Compoſ. *matar-illr*, Genit. *matar-illa: Cibi parcus vel tenax; in diſtribuendis eduliis iniqvus.* Erat Halfdani Norvegiæ Regis cognomen, apud Noſtrum in Prologo, ubi vid. Not. Contrà dicitur *matar-ſæll*, *matar-milldr*, qvi ciborum largus eſt.

MEIDA, *membrum aliqvod lædere, mutilare, truncare, luxare.* Noſt. cap. 7. Inde *meidſl*, læſio membri, truncatio, & *meiding*, actus lædendi.

MERKIA, *notare, obſervare, percipere, animadvertere, ſignare.* Præt. *merkto*. Noſt. cap. 4. Danicè **at mærke, mærkede.** Inde eſt *merki*, nota, ſignum, translatè qvoq; vexillum, ſ. ſignum militare: *merkis-madr*, qvi vexillum portat, eiqve præeſt. Nec abſurdè à *merki*, nota vel ſigno, deduxeris vocem *mørk*, Noſtro cap. 2. *mork*, Danicè **een Mark**, numi genus, qvòd hæ pecuniæ olim inter primas & præcipuas fuerint numeratæ, atqve inſculptis ſignîs tam loci, ubi

ubi cudebantur, qvàm nominis ac ectypi ejus, qvi cudi fecerat, essent notatæ. Cùm verò antiqvi Septentrionales diu nullâ usi fuerint signatâ monetâ sed aurum & argentum pondere tantùm æstimaverint, volunt inde nonnulli statuere vocem *mork* vel *mark* non ab insculptis signis (*merki*) originem trahere; sed à similitudine & proporti one ponderis aridorum ad liqvidorum mensuram, qvæ *mork* dicitur, unius sextarii capax, **holdende een halv pot**; unde vocabulum *mork* etiam ad pretia rerum in Islandia transfertur; nec aliter hanc vocem existimari posse à *merki* descendere, qvàm qvatenus signum involvat vel terminum mensuræ aut ponderis; non verò qvatenus numi insculpta habeant signa superiùs memorata. Qvæ qvidem sententia valdè allubesceret, si nullæ in Septentrione fuissent ante tempora Arii, voce *mørk* usi, tales monetæ cusæ vel signis notatæ; cujus tamen contrarium probant *Brennerus, Bircherodius* aliíqve. Nihilominus qvisq; suô abundet sensu.

Midli (aliis *milli*) à *mid*, *μέσος*, in medio vel inter. Noster cap. 2. *a midli fialls oc fioro*, inter montes & litora. Et mox eod. cap. *a midli Norvegs oc Islannz*, inter Norvegiam & Islandiam. Iterum cap. 7. *a midli manna*, inter homines. Eodem capite est: *a midli sin*, invicem. Sic: *at eigi offaa a midli*: ut non videretur (aliud) in medio fuisse; Danicè: **at der var ikke andet for haanden; det var for alles øjen; det saae ikke ud til andet.** Dicitur & Islandis *a milli*, ut: *a milli Noregs og Svithiodar*, inter Norvegiam & Sveciam. *I milli*, *a millum* & *i millum* idem. Danis hodie: **i mellem.**

MIDUR, *minor.* Noſt. c. 10.

MIKILL, *multus, magnus.* Noſt. cap. 2. it. c. 5. *Thinga deild mikil*, lis forenſis magna. Boſa Saga c. 7. *Hof mikid*, fanum magnum. Plur. *miklir, miklar, mikil.* Genit. *mikilla*, Dat. *miklum.* Noſt. capite 10. *miklar jartegnir*, magna documenta. Et eod. cap. *mikli gardur*, Dat. *mikla gardi*, multæ domus, i. e. magna urbs (μεγάλη πόλις): veteribus noſtratibus enim *Gard* nominabatur *urbs, civitas, regio*, ut κατ' ἐξοχὴν hac voce intellexerint magnam illam in oriente civitatem *Conſtantinopolin* dictam, à Conſtantino Magno ſcilicet; cujus & ſeqventium Græcorum Imperatorum ſedes fuit & imperii metropolis. Conf. *P. Reſenii Not. in Vitherlags Ret. pag. 580.* Nullus dubito, qvin à *Mikill* ſuum qvoqve traxerit nomen urbs *Meklenburg* in Germania. Oddus Monachus c. 34. *miklum umſatrum*, multæ machinationes. Veteres dixêre etiam *magle*, ut *Hethinge magle*, nunc Store Hedinge, qvamvis adhuc plures pagi hodieqvé id prædicatum retinent. A *mikill* eſt qvoqve *mikillati*, multùm ſe efferens, magnanimus, *Dani* Regis cognomen.

MILLDR, *mitis*, item *largus, liberalis, beneficus, munificus*, qvâ notione Noſter in Prologo, ubi vid. Not. *milldr i Giøfum*, donîs liberalis. Danicè Gavmild. Superl. *milldaſtur*, largiſſimus, Noſt. cap. 9.

MINNIGUR, *memor*, Noſt. c. 9. à *minni*, memoria. Inde *ad minnaſt*, meminiſſe, & *minning*, commemoratio.

MIØC vel MIØK, *multùm; valdè.* Noſt. cap. 2. & aliàs ſæpe. Scribitur etiam *miøg*, ut Oddo Monachus cap. 34. *reidr miøg*, valdè iratus. Edda in Havamaal, v. 60. *miok ſtora Staſi, miok ſtinna Staſi*, valdè magnas literas, valdè validas literas. Et in Völuſpa: *geir Gamr*

mioc, latrat Garmus (Cerberus) multùm.

MISSERI (qvaſi *Midzæri*) ſemeſtre ſpàtium, dimidia pars anni, æſtas vel hiems, & aliqvando in Plurali pro incerto plurium annorum tempore, Noſt. c. 4. *tvø misſeri*, binæ anni partes, vel annus bifariam diviſus, id eſt annus integer; ut in Prologo *misſeris tal*, anni computus. Gautreks oc Hrolfs Saga cap. 26. & Kriſtendoms Saga cap. 14. *thau misſeris*, illis annis; ubi tempus eſt indefinitum.

MØRK, *marca*, Noſt. cap. 2. een Marf. vid. ſuperiùs *merkur* in *merkia*.

MORD, *cædes clandeſtina, occultum homicidium, qvale ſicariorum.* Noſt. cap. 3. *myrda*, clanculum interficere; *mordingi*, ſicarius. Danis hodieq; in uſu eſt Mord, Løn=Mord, Morder, & at myrde, de qvo crimine in legibus. Diſtingvitur aliàs à *Drap*, qvòd *mord* ſit voluntarium & occultè vel dolô patratum homicidium, qvod irreconciliabile erat, & morte pleƈtebatur; cùm *Drap* in propatulo armîs vel fortitudine patratum honeſtum reputaretur, & pecuniis vel mulƈtâ poſſet compenſari: hoc verò *drap* & *mann-drap*, Dan. Mands-drab nominabant; etiam homicidium, qvod è caſu aut citra propoſitum fiebat; Dan. Drab af vaade, ut in Legibus modernis qvoqve. De voce *Vig*, qvâ etiam cædes ſignificatur, vid. ſuô locô.

MUNA, *recordari, meminiſſe*, Præter. *mundi*, Noſt. c. 1. *er langt mundi fram*, is longè meminit, vel recordatus eſt.

MYNDI vel MUNDI, plural. *mundo*, Præter. imperf. verbi auxiliaris *eg mun*, idem qvod Danis Monne, maatte. Noſter cap. 4. *at allir menn myndi thegiandi verda*, qvòd omnes viri tacentes futuri eſſent, vel fierent. Et paulo poſt:

thaa myndi allir that roma, tunc omnes id celebrarent. Et cap. 6. *that myndi fysa menn thangat-farar*, ad verbum: illud cupidos reddere homines illuc-itionis. it. c. 7. *hann let orvænt, at her mundi Cristni enn vid tacasc*, haud sperandum censuit, hîc Christianam religionem fore suscipiendam. it. cap. 5. *hann qvad ymiss vandrædi mondo verda*, dixit assidua pericula futura.

N.

NACQVAT, *aliqvid*, Nost. c.7. Usitatius est *nockut*, neutr. à masc. *nockr*, aliqvis, fæmin. *nockr*. Danicè est **nogen, noget.**

NAIZLA, *usus, commodum.* Noster c. 3. *til Althingis naizlo*, usui Comitiorum, à verbo *eg neyti*, fruor, sumo, ut *at neyta matar*, cibum capere. Inde *matar-nautn*, & *matar-neytsla*, cibi sumtio.

NEITA, *negare, abnuere*, infinit. verbi *eg neita*, nego, præter. *neitadi*, contractè *neitti*, plur. *neitto*, negârunt, pro *neitodo*, Noster cap. 7. Danis est: **nægter, nægtede, at nægte.** Primit. est *Nei*, non, Danicè **nei**, potius qvàm *nie*, negandi particula, significans *nec, neqve.* Gothis dicebatur *nih* & *ni*, non, minimè, ut apud Ulfilam Marc. 2. v. 2. item *nithan, nithau*, ut Matth. 5. v. 20. Marc. 10. v. 5.

NIDA, *probrîs lacessere, malô animô aliqvem offendere.* Noster c. 7. *tha er hann hofdo nidt*, à qvibus erat contumeliâ affectus; vel qvi ipsum probrîs lacessiverant, aut famosô carmine ipsi illuserant. Inde *Nidingur*, vir probrosus; ἀποστάτης, is scil. qvi vel patriæ erat proditor, vel perjurus & fœdifragus: summæ enim infamiæ nota, fidem dictam non servare. *Nidings-ord*, titulus infamiæ; *nidings saungur*, probrosa cantilena; *nidings-verk*, proditio patriæ

triæ & alia facinora, in antiqvis legibus. Plura vide apud *Gudmund. Andreæ in Lexico Island.* hac voce, *Bartholin. in Antiqvitt. Dan. l. 1. c. 7.* & alios. Hodie vocabulum *Niding* aliô sensu pro sordidè parco freqventatur, ut in proverbio: **Naar det kommer først hul paa Nidingen, da er hand dobbelt rund.** Apud Ulfilam in versione Goth. Evangel. est *neith*, invidia, rancor, Danicè **Nid.**

NYR, *novus; a nyia læic*, iterum, denuo. Nost. c. 7. Originem debet Græco *νέος*, *novus*. Dan. est **ny, paa nyt.** Huc *nymæli*, qvô, strictè dicendô, nova res vel inusitatum qvid significatur, (à *nyr*, novus, & *mä'*, locutio) seu res nova, de qva homines multum sermocinantur: it. caussa forensis: etiam novus casus. Aliàs est *nymæli* nova lex. Nost. cap. 10. & alibi passim; plane ut in Græca lingva *νέος λόγος*.

NYTR, *utilis, commodus.* Nost. cap. 9. *nytri* Comparat. utilior vel majori usui, Danicè **Nyttigere.** *Onytr*, inutilis, c. 7. *Nytsemi*, utilitas. Dan. **Nytte**, *Nytfall*, utilitatis perditio, jactura; *at nyta*, usurpare, usum fructum capere, Dan. **at nyde, it. at nytte noget.**

O.

OCUNNR vel OKUNNR, *ignotus*, vid. *Kenna*.

ODROM, vid. *Adra*.

OF, præpos. separab. Accus. regens & significans *de* vel *super*. Hæc particula adeò freqvens est veteribus, ut non opus sit aliis exemplis, qvàm qvæ ipse Noster suppeditat; ut c. 3. *sekr of thræls-mord:* reus ob cædem cujusdam servi. Sic cap. 5. *of vig eda harma sina:* id est, de homicidiis vel aliis gravissimis injuriis. Et c. 7. *sekr of godgoa:* blasphemiæ reus. Ibid. *of barna-utbord, oc of hrossa-Köts-aat:* i. e. de expositione infantum, & de

 carnis

carnis eqvinæ eſu, &c. Notandum verò, particulam hanc rariùs cum nominibus, ſæpiùs autem cum verbis componi. qvibus ampliationis & intenſionis vim addit, reſpondens ferè Danorum **Be**, in **beſkrive, beforbre**, &c. vel **op**, ut **opreiſe, opdage, opſkruve**, &c. Conf. *Offiaa, offion*, ſub voce *Syna*, inf. Cavendum autem, ne particulam hanc vel præpoſitionem confundas cum adverbio *of*, nimis, nimium, qvod cum innumeris vocibus componitur, ut *ofmikill*, nimius; *ofmikid*, nimium; *ofblota*, nimium ſacrificare. In Runa-Capitule, ſeu Capite Runico, & Havamalarum poſteriori parte Stroph. 8. dicitur: *Betra er obedit enn of blötat, ej fier til Gilldis giöf:* h. e. Præſtat non orare, qvàm nimium (importunò) immolare, ne ſit convivale donum. Cum hoc adverbio componi qvoqve videntur *offe*, ferocia, contumacia, & *ofſamadr*, ferox, ſ. obſtinati & præfracti animi vir, &c. Opponitur huic particula *van*, defectum denotans, ut illud exceſſum. Ex infinitis vocabulis, cum qvibus componitur, hos ſaltem attuliſſe juvat: *vanfær*, debilis ſeu minùs validus; *vanmegna*, idem; *vanmeta*, vilis, parvi pretii; *vantempran*, intemperantia; *vantru*, fidei defectus. Sic & in Danicis: **vankyndig, vanvittig, vanart, vanære, vanhæld, vantro**, &c. Obſervandum qvoqve, particulas *of* & *van* raro aut nunqvam ſine compoſitione reperiri, ſi hunc Islandorum loqvendi modum exceperis: *thad er um of:* perqvàm nimium eſt; etiam hanc proverbialem locutionem; (ubi ambæ hæ particulæ conſultò & qvaſi ratione oppoſitionis videntur abſolutè poſitæ): *So er of ſem van:* i. e. Sicut

ut copiâ (nimietate), ita & defectu peccari potest.

OFRIDR, vid. *Fridr.*

OLÆRDR, *indoctus*, Nost. c. 9. intelligitur *Leikur*, laicus. Danis **leeg**, qvi etiam Islandis dicitur *Leikmadur*, Dan. **Leegmand**. Contradistingvi solent *lærdar og leiker*, **Lærde og Leeg-folk**.

ØLLUM, Dat. Singul. vid. *Allur*.

OLYGINN, *verax*, ad verbum est: sine mendacio, non mendax. Noster cap. 9. à *lyginn*, mendax. Inde *lyge*, mendacium; *liuga*, mentiri. Danis est **Løgn**, **Lyve**. *Oliugfrod*, multiscia sine mendacio, Noster cap. 1.

ONYTR, vide *Nytr.*

ORROSTA, vid. *Rost.*

ORVÆNT, *qvod extra spem est*, vel *haud exspectandum*. Noster c. 7. *hann let ørvænt*, non sperandum censuit. Derivatur ab *or* (hodie *ur*) præpos. separab. e, ex, de, & *vænta*, sperare, exspectare. vid. *von*, spes, infrà.

O-SÆTTI, *discordia*, Noster cap. 7. *at thvi Osætti værda*, qvod tanta discordia foret. Danis adhuc dicitur **U-fottes**, idem qvod **U-eens**. Primit. *Saatt*, concordia, compositio rixarum & simultatum cujuscunqve generis. Inde *at sættast*, concordes fieri; *osættr*, discors.

OSCYRDIR, vid. *Skira.*

ØTTO, *debebant*. Nost. c. 10. à verbo *eg aa*, debeo. vid. *Atti.* Norvegis dicitur: **hand aatte mig det**; Danis verò: **hand ejede mig det**, i. e. **hand var mig det skyldig**.

O-THINGFÆR, vid. *Thingfær* in *Fara.*

P.

PAPA, *Sacerdos, clericus*. Nost. cap. 2. Majores hoc nomen ab extraneis Episcopis & Ecclesiasticis aliis, qvi primi Septentrionales Ethnicos convertebant, dubio procul sunt mutuati, *Papa* eos vocantes, qvi rebus sacris

Ethni-

Ethnicorúmqve conversioni operabantur; etiam qvemvis clericum, qvâ acceptione vocabulum *Papæ* mediæ Latinitatis scriptoribus freqventissimè usitatur. Conf. *Carol. du Fresne in Glossario ad Script. mediæ & infimæ Latinitatis.* Hinc etiam Germanorum Pfaffen: Moscovitis aliisqve Orientalibus Sacerdotes hodieqve *Paper* nuncupantur. Græcorum πάππας, i. e. *nutricius, pater,* originem huic voci dedisse à vero haud abludit. Romanus autem Pontifex, Gregorius VII. primus καθ' ἐξοχὴν *Papa* vocari cœpit, qvomodo etiam à Nostro *Pape* vocatur cap. 10. à qvo tempore solius Romani Præsulis est attributum. Add. *D. Joh. Diecmanni de vocis Papæ ætatibus Dissertatio.* Dicto cap. 10. Paschalis II. *Pape*, & circa finem ejusdem capitis Gregorius (ejus nominis I. scilicet) *Pava* Nostro salutatur. Danis & Norvegis hodieqve dicitur Pave Paven; ut Svecis Påfve, Påfven. *Gudmundus Andreæ in Lex. Isl.* scribit *Päve*. A Papis istis Hibernis, qvorum Noster cap. 2. meminit, insula orientalis Islandiæ, *Papey* & *Papyli*, nomen nacta est.

PRESTR, *Sacerdos*, *Presbyter*, Nost. in Prologo & alibi. Hodieq; Danis, Norvegis & Svecis dicitur Præst. Germanis Priester.

Q.

QVÆDA, vide *Kveda.*

QVIDLINGR, *cantilena, carmen.* Nost. cap. 7. Hodie est *Qvedlingur*, Plur. *Qvedlingar*, diminutiv. à *Qvæde*, carmen.

R.

RÆ, vide *Hræ.*

RÆDT, *dictum*, partic. præt. verbi *ad ræda*, dicere, loqvi. Noſt. cap. 10. *tha vas namn hans rædt, at hann het Gisrodr*, tunc dictum fuit nomen ei esse Gisrodi.

Huc

Huc *Ræda*, Sermo; *rædinn*, loqvax, dicaculus. In loco Noſtri allato non poteſt non eſſe mendum, ſi ad fidem impreſſi exemplaris legitur *ræt*, cujus locô nos ſubſtituimus *rædt*: nam *rettr*, rectus, nullibi per *æ* & ſimplex *t* ſcribitur; potuit verò facilè inter ſcribendum, *rædt* n. g. commutari cum *ræt*, vel *rædt* ſecundùm pronuntiationem.

RAADA, infinit. verbi *eg ræd*, conſilium do, impertior; *rædiſc*, pro *rædiſt*, Præter. imperf. Conjunct. Noſt. cap. 5. *ef eigi rædiſc bætur a*, niſi ejus rei remedium fieret; *vel* niſi remediis corrigeretur, vel præveniretur. Danis hodieqve hæc locutio in uſu: **Uden der ſkulde blive raadet bod paa.** Primit. eſt

RAAD, *conſilium, monitum, ſvaſio*, Dan. **Raad, Raadførelſe, Tilſkyndelſe.** Noſt. c. 3. *eda Rad Thorleifs ens Spaca*, vel è conſilio Thorleifi Sapientis. Et eod. cap. *at radi hannz*, conſiliô ejus. Inde *radligur*, conſultus; *radagiord*, conſultatio, conſilium; *Radgiafi*, conſiliarius, conſilii promus condus; *radugur*, conſiliô pollens, conſiliô abundans; *radlaus*, conſilii inops. Dan. **Raadløs**; *Raadſvidur*, Senator, etiam conſiliô moderatus, placidus; *Raadſvinnur*, idem; *radſnotur*, prudens, vel conſiliô elegans. In Bibliis Island. *Raadzmadurenn*, Luc. 10. v. 3. dicitur, qvi in Vulgata verſione eſt *Villicus*, Dan. **Huusfoged**; *raadzmenſku*, villicatio, Dan. **Huusholdning**; *Umbrad*, ſeu *Umraad*, conſilium; *Nyraadur*, novi conſilii ſtructor.

RETTR, *rectus, juſtus, verus, genuinus*. *Rett tal*, rectus vel verus numerus. Noſter c. 4. Dan. **rette tal**, à ῥεχθὲς, rectus, verbi ῥέζω, facio.

REIDUR, *iratus*, Noſt. cap. 7. *Reidr mioc*, multùm iratus, irâ æſtuans, excandescens,

cens. Inde Danis est Bred, lit. *v* tantùm præpositâ, & *r* à fine ablatâ.

Rikismenn, vide *Höfdingiar.* Dicuntur autem *Rikismenn* à *Riki*, qvæ vox veteribus usitata significat potentiam: hinc freqvens in Historiis *Rikis-madr*, vir multæ potentiæ; *rikur*, potens. In hist. Gotrici & Rolfi cap. 41. legitur: *that somir eigi rikum konum at ganga uti um natur:* i. e. non decet illustres virgines noctu foràs ambulare. *Rikastr Konunga a nordr londum*, potentissimus Septentrionis Rex, ut est in *Knytlinga Sogu, Cap. 18. Msc.* de Canuto Magno; & aliis locis innumeris.

Rita, *scribere, inscribere, insculpere.* Nost. c. 1. *ritid es i Sogu hans*, scriptum est in historia ejus. Est hæc vox in lapidibus Runicis qvoqve obvia. Consule *Worm. in Monum. Dan.* Inde *Rittabla*, pugillares.

Roma, *celebrare, applaudere*, it. *consentire.* Nost. cap. 4. (inde forte Germanorum Ruhm, rühmen, & Danorum berømme), à Primitivo *Romr*, vox, sonus.

Rostr, *reqvies*, Germ. Rast. Inde *Orosta*, certamen, conflictus, tumultus. Nost. c. 7. Edda: *allir menn er falla i orosto*, omnes qvi in prælio cadunt. Et alibi: *Nornir thar, er Odinn sendir til orostu*, mortæ illæ, qvas Odinus in bellum mittit. Scribitur etiam *Orusta*, ut in Landnama part. 1. cap. 4. *Orusta migil*, magnus conflictus; & aliis locis passim.

S.

Sä, *is, iste, hic.* Nost. c. 10.

Saa, Præter. verbi *at siaa*, videre, de qvo infrà sub voce *Syna.*

Sæll, vide *Asfæll.*

Saga, Genit. Sögu, plural. Sögur, *Historia, narratio, vita descriptio*; à *segia*, dicere, narrare, eloqvi. Nost. cap. 1. *at thvi es ritid es i Sogu hans*, prout scriptum est in historia illius.

Et

Et cap. 7. *at Sogo Sæmundar Prestz*, secundum narrationem Sæmundi Presbyteri. Etiam apud *Tatianum Alexandrinum in Præfatione ad Harmoniam Evang.* pag. 1. *Saga Narrationem* significat. Pleræqve Historiæ veteri Islandicâ Lingvâ conscriptæ talem præferunt rubricam, ut *Olafs-Saga*, *Eyrbyggia-Saga*; *Knutlinga-Saga*, &c. Texuit talium operum Catalogum *Torfæus* nostras in *Serie Dynastarum & Regum Daniæ*, etiam *præfat. ad Histor. Norveg.* it. *Hikkesius* Anglus in *Thesauro lingvar. Septentrionalium.* Huc *Frasaga*, narratio historica.

SCILIA vel SKILIA, *discernere, judicium facere, intelligere.* Nost. cap. 2. à *Skil*, discrimen: at *Skial* est documentum forense. Dani dicunt: **Hand har med Skiel og beviis godtgiordt**; qvod fere eodem recidit. Inde *Skilningur*, intellectus, & nostratibus in Legibus **Skiel** & **Skiel-steene**; **at sette Skiel i mellem.** Huc qvoqve Danorum **Skieløyet**, **Skielsmisse**, &c. Verum **Skiel**, cum dicimus: **Ret og Skiel**, videtur idem qvod Islandorum *Skil*, probitas, vel potiùs justitia distributiva.

SCIPON, vel SKIPAN, seu SKIPUN, 1) *mandatum, jussio.* 2) *Ordinatio*, ut Nost. c. 3. *Logretto-scipon*, consessûs juridici ordinatio. Est sc. veteris juris terminus, à *skipa*, jubere, ordinare, disponere, dirigere. Sic: *ad skipa mönnum nidur a becki*, in sedes homines distribuere; *ad skipa landid hofdingium*, præfectos in terra constituere. In historia Gotrici & Rolfi cap. 38. de Rolfo dicitur: *Skipadi han oc setti theim mala, er Ella Konungr atti doma:* in illis caussis forensibus judicavit, qvæ ad Ellæ Regis judicium pertinebant. In Edda, ut & prisco Svecorum jure est *ad skipa rätt*; in jure Saxonum qvoq;: *Recht sceppen.* Inde *Schiepp*

vel *Schiöp*, Scabinus, vetus judicum nomen: qvomodo hodieq; Germanis in usu est Schöppenstuhl. In Codice Legum Danic. Christiani II. Regis, capitis 6. rubrica Senatores (Dan. Raadmænd) *Schiepe* appellat.

SCIPTA, vel SKIPTA, *dividere*. Præter. *Skipti*. Nost. c. 5. *tha vas Landino scipt i fiordunga*, tum regio divisa erat in qvadrantes. Dan. skiftet, deelt.

SCIRA, SCIRN, &c. vid. *Skira*.

SECR, vel SEKUR, idem ac *Sakadr*; *reus*. Danicè Sagskyldig, Sagfældig. Nost. cap. 3. & 5. Hirdskra c. 3. *tha er sekur VIII. ortugum*, tum reus est octo ortugarum; vel debet solvere octo ortugas, à *saka*, accusare, noxam dare. Aliàs *sekur* absolutè positum est idem qvod *reus mortis*. Noster cap. 8.

SETIA, *ponere*. Præter. *Setti*. Nost. cap. 8. *hann setti Log*, Legem posuit, condidit, constituit.

SELLDO, præt. à *selia*, transmittere. Nost. cap. 9. *tha selldo hanom margir sono sina*, tum multi transmittebant ipsi filios suos. Aliud est verbum *senda*, mittere, Dan. at sende.

SIA, *iste*. Nost. c. 10. hodie *saa* & *su*.

SIDR, *mos*. Nost. c. 7. *oc hovom allir ein log, oc einn Sid*, & omnes habeant eandem legem eosdémq; mores. Inde Germanorum Sitten, & Danorum Sæd, Sæder. Inde *Sidlæti*, modestia, *Sidlætr*, modestus, moribus compositus, Dan. Sædelig, skikkelig. *Sidsamr*, idem: unde Germanorum Sittsam. *Sidsemi*, modestia; *sidlaus*, malè moratus; *sidferdi*, mos, consvetudo; *sidblendni*, morum communio; *sidavandur*, morosus; *sidavendni*, morositas, &c. *Sidur* interdum pro Religione, & fortè hîc löci etiam sumitur. Inde: *Christinn Sidur*, Christiana Religio: & *at fara sidugann lifnad*,

lifnad, vitam religiosam seu Christianô dignam vivere; qvasi religio non in interno animi affectu tantum consistere debeat, sed & in moribus se exerere. *Sida-skipte*, Religionis reformatio, &c.

SIDAN, partic. *posteà*. Noster Prologo, item Cap. 7. & alibi. Huc

SIDAR, *posteriùs*, Nost. cap. 8.

SKILIA, vide *Scilia*.

SKIPON, vide *Scipon*.

SKIPTA, vide *Scipta*.

SKIRA, vel SKYRA, *discernere*, it. *mundare, purificare, lustrare, baptizare*. Præt. *Skirdi*, baptizabat. Nost. cap. 7. *Skirasc*, baptizari, ibidem. *Skirn*, baptizmus, ibidem. *Skyrdur*, baptizatus & *Oskirdur*, non baptizatus, ib. *Skyrsla elldr*, purgatorium. Etymon. est *Skir* vel *Skiar*, clarus, serenus; Danicè **Skiær**. Conf. *P. Resen. Not. in Witherlags Ret, p. 629*.

SLICR, vel SLIKR, *talis*. Noster c. ?. *Slic Lög*, tales Leges, Dan. **Slig**. Videtur originem debere Græco ἧλικ@.

SLITA, *rumpere*. *Slita i sundr*, discerperere, disrumpere. Danis hodieqve: **at slide i sender**. Eleganter apud Nostrum c. 7. Thorgeirus Nomophylax: *That mun verda satt, es ver slitom i sundr Loginn, at ver monom slita oc fridinn*, si disrumpemus legem, discerpamus & pacem opus est. In priscis legibus Anglo-Danicis occurrit vox *lah-slite*, i. e. legis infractio, cujus pœna dicebatur *Vere* & *Vite*; certa scilicet pecuniarum summa, vel pecuniariæ mulctæ, qvarum *Vere* erat illa, qvâ secundum legum præscripta compensabantur omnes injuriæ, etiam mors ipsa; solvebatur autem mulcta ista vel ipsimet injuriâ affecto, vel ejus cognatis & *Veregild* appellabatur: cùm verò ipsi Reg. vel Comiti penderetur, dicta est *Vite*, unde nomen legis cujusdam *Witherlags-ret* dictæ, qvam condidit Canutus

 Magnus,

Magnus, Daniæ & Angliæ Rex. Cæterùm qvando mulctis hisce *vere* & *vite* pœna corporalis & ipsa vita redimebatur, ad judicis, ut videtur, non autem vel Rei vel Accusatoris arbitrium id fiebat.

SMIDUR, *faber; Smid*, opus, artificium, fabricatio; *smidia*, officina. Nost. in Compos. *Barsmider*; qvod vocabulum vide suo loco explicatum. Est autem magnus cum hac voce Compositorum proventus, qvippe veteribus fabriles & mechanicæ artes qvæcunqve, puta auri, argenti, æris, ferri, ligníqve, sub communi conceptu omnes nomine *Smid* compræhendebantur, ut: *Hag-smid*, opus utile & commodum; *Høfud-smidr*, architectus; *Sko-smidr*, sutor; *Jarn-smidur*, faber ferrarius; etiam *Gull-smidur*, aurifaber (qvi Dan. Guld-smid hodieq; appellatur); *Jarn-smidi*, ferramenta; *Stein-smidi*, lapides recisi, Nost. cap. 6. *Steype-smidia*, fusoria officina; *Tann-smide*, ex dentibus artificiosè fabricata.

SNIMHENDIS, vulgo SNEMMENDIS, *brevi manû, citò, illicò*. Nost. cap. 7.

SOFA, *dormire*. Nost. cap. 4. Danicè est at sove. Inde *Svefn*, somnus, insomnium, sopor. Dan. Søvn, à Græco ὕπνος.

SOTT, *morbus*. Nost. cap. 10. *tha var Gizor Byscop othingfært af sott:* tum Gizorus Episcopus forum non potuit freqventare propter morbum. Danis & Norvegis hæc vox hodieqve est in usu, qvi dicunt Sot og Sygdom; Landfar-sot, &c.

SPAKUR, *sapiens*. Noster in plur. cap. 4. *Spacra manna*, sapientum virorum. In Superlat. c. I. *thess ec kunna spakastann*, qvem ego novi sapientissimum. Fortè ab *at Spaa*, i. e. vaticinari, divinare; hinc *Spaa*, oraculorum interrogatio, etiam vaticinium; Dan.

at

at spaa. item Spaadom. Unde Compositum *Spamadr*, Propheta; *Spa-Kona*, mulier sapiens vel fatidica, Danice Spaa-Kone, qvas vaticinantes mulieres etiam viise Qvinder appellamus; Inde qvoq; rubricam alterutrius Eddæ esse *Voluspa*, i. e. *Volæ* seu *Sibyllæ vaticinium*, vel *oraculum*: In talibus enim gerris & qvisqviliis Oraculorum instar habitis antiqvitas summam & abstrusam reputabat sapientiam. Sic nota illa vetulis nostris & ad colum sedentibus celebrantur creduntúrqve Sibyllæ vaticinia, Sibyllæ Spaadomme. Cæterùm Sibyllarum numerum ad monadem reduxit, ac unam tantùm Sibyllam fuisse, doctè evicit *P. Petitus.* Hùc qvoq; vox *spcki*, scientia, item divinatio; *Tafelspcki*, scientia ludendi latrunculîs; *Spekingr*, sapiens, Philosophus, ut in Elis Saga; *hiner forner spekinger:* & in Hervorar Saga: *Heidrekr Konungr hielt tha med ser tolf Spekinga*, i.e. Heidricus Rex tum circa se habuit duodecim sapientes. *Spakradugur* in Gotrici & Rolfi hist. c. 24. in fine, est qvi sapienter de re qvavis consultat. Huc qvoq; vox *speki*, scientia, item divinatio; *Margspakr*, multùm sapiens, qvô vocabulo Nost. c. 1. utitur. *Spakur* etiam est *qvietus*, unde nonnulli significationem *Sapiens* deducunt, qvòd omnis sapiens animô sit tranqvillus. *Speki*, modestia, tranqvillitas.

STADUR, *statio*, *locus*, *sedes*. Nost. c. 7. & 10. HodiernâDanicâ lingvâ Stæd, Stade & Stæder, loca dicuntur, ubi sedent in foro vendentes; etiam in templis sedes auditorum. Islandis *Stadur* κατ' ἐξοχὴν qvoqve dicuntur Sedes Episcoporum & Sacerdotum, ut locô citato Noster.

STEIN-

STEIN-SMIDI, *res ex lapidibus artificiosè fabricata.* Noster cap. 6.

STIORN, vid. *Land-Stiorn.*

STOLL, *sella, sedes, cathedra.* Plur. *Stolar.* Dan. Stool, Stooler. Nostro cap. 10. est *Biscops-Stoll*, i. e. Sedes vel cathedra Episcopalis. Gothis qvoqve hanc vocem in usu fuisse ex Ulfila licet cognoscere, qvi locum Matth. V. 34. ita vertit: *Himin ist stols Goths, jah air tha fotubaurd ist fotive is,* id est: cœlum est solium Dei, & terra scabellum pedum ipsius.

SVAR-DAGE, *juramentum, jusjurandum.* Nost. cap. 10. Dativ. *Svardogum.* à *dagr,* dies, &

SVERIA, *jurare.* Præt. *Sör* & Plural. *Soro.* Nost. c. 10.

SVIA-KONUNGR, i. e. *Sveciæ Rex.* Noster in Prologo. Est olim qvoqve Svecia dicta *Svia-riki, Svia-velldi,* Sveciæ regnum, Sveciæ imperium. In Edda nominatur *Svithiod,* part. 2. qvæ de appellationibus Poëticis agit; ubi ita verba jacent: *Gautland oc Gottland var kallad af nafni Odins, enn Svi-thiod af nafni Svidurs, thad er oc Odins heiti,* hoc est: Gotlandia denominata fuit ex Odini nomine, sicut etiam Svecia de nomine Sviduri (i. e. cordati, sapientis, prudentis), qvod etiam Odini est cognomen. Aliam tamen expositionem nominis *Svi-thiod* affert Ol. Verelius in Not. ad Hist. Gotr. & Rolfi pag. 9. ubi docet Sveciam ita fuisse vocatam, eò qvòd exustîs, qvibus terra abundabat, silvîs, eandem agriculturæ aptam redderent majores; indéq; *Sverrig* hodie dici, qvasi *Svide Rige,* scil. à *Svid,* qvâ voce intelliguntur adusta vel ambusta frusta; verbi *svida,* amburere, adurere. Utrum verò hæc ab Edda dissentiens interpretatio firmô stet talô, jam disqvirere supersedeo.

SUMAR,

SUMAR, *æstas.* Noſt. cap. 7. & 10. Danis & aliis Septentrionalibus Sommer, qvi ejus initium, qvod *Sumar-maal* dixêre, ſub ſolis ingreſſu in Zodiacale *Geminorum* ſignum ſtatuerunt. Noſtro cap. 4. eſt *Summarit*, Dan. Sommeren. Ei qvoq; *Sumar* uſitatur pro anno, qvando de Nomophylacibus eſt ſermo, qvia nonniſi æſtate officium exſeqvebantur, veluti pari ſignificatione vox *Vetur*, hyems, vid. inf. ſ. l.

SYNA, *oſtendere*, *monſtrare*, Præt. *ſyndac* (pro *ſynda ec*) oſtendi, exhibui vivendum, Noſt. in Prologo. Norvegis hæc eadem locutio eſt familiariſſima: eg ſynte ham det. Id ipſi oſtendebam; pro qvo Dani dicunt: Jeg viiſte ham det. Eſt autem *ſyna*, infinit. verbi *eg ſyni*, monſtro, à *ſynn*, viſus; hoc verò à verbo *eg ſie, at ſiaa*, video, videre. Præt. *ſaa:* unde Noſt. cap. 7. eſt in Compoſ. *offaa*, videbatur; qvod ibi neutraliter & indefinitè ponitur, ad nullam perſonam reſpiciens, ut fit in omnibus aliis verbis lingvæ Islandicæ. Conf. voc. *of* ſuperiùs. A verbo *eg ſie* eſt etiam *ſiön*, viſus, & per apocopen nonnullis *Siö* in Compoſitis; ut *forſion* & *forſiö*, providentia; *tilſion* & *tilſiaa*, auxilium, ſ. cura cooperans; *umſion*, cura; *undurſion*, in Edda, ſpectaculum; *offiön*, viſiones extraordinariæ; *ſionlaus*, cæcus: item *ſiä*, ut *aſiä*, inſpectio; *forſiä*, providentia. A cognato nomine *ſyn* eſt in Compoſitis: *Synilegur*, viſibilis; *oſynilegur*, inviſibilis, it. deformis, Dan. uanſeelig; *Oſynn*, deformitas; *einſynn*, monoculus; *ſcarpſynn*, acriter intuens; *ſtarſynn*, intentîs oculîs intuens; *frammſynn*, prudens, providens, Dan. forſynlig. At Norvegis

(i) vulgò

vulgò is dicitur fremsyn, qvi spectra potest videre: qvam tamen significationem Islandica vox *frammsynn* non admittit.

SYSLA, vid. *Umbsysla.*

T.

TALA, etiam TAL, *numerus*, Dan. Tall; *retto tali*, rectus numerus, Noster c. 4. *althydo tal*, computus communis, cap. 7. In Composito *saktal*, caussæ vel delicti æstimatio. *Telia*, dividere, numerare, Dan. at tælle. Præt. *toldo*, Nost. cap. 10. *at allir menn tóldo*, ut omnes numerarent. Et c. 4. *ener spocosto menn höfdo talit*, sapientissimi numeraverant vel diviserant. Huc

TALA, *sermo, narratio.* Nost. cap. 3. Danis tale, fortælning; *at tala*, loqvi, Dan. at tale.

TAKA, *sumere, capere, accipere*, Dan. at tage. Præt. *tok*, Nost. cap. 3. Danicè: tog. Et c. 8. *tha tok Steinn Thorgestzson Logsogo*, tum Nomophylacis officium accepit Steinus, Thorgesti filius. *Taka undan*, excipere. Nost. c. 7. Danicè dicitur undtage.

TEGR, in plur. TEGAR, *decas.* Nost. c. 4. Inde fortè est Danorum tiuge, 20, qvasi duæ decades; à *tju* vel *tijo*, decem. Huc qvoqve

TIUND, plur. TIUNDIR, *Decima.* Nost. c. 10. Est hodieqve Danis Tiende, à ti, decem.

TRU, *fides.* Nost. c. 7. Inde *trur*, fidelis; *truadur*, fide præditus; *trunadr*, & *truleiki*, fidelitas, & *trygd*, idem; *trunadar eidur*, juramentum fidelitatis, &c.

TH.

THA, *tum, tunc*, & *cùm.* Adverb. temporis. Noster cap. 4. & alibi.

THAGNA, *silere, tacere.* Nost. c. 4. *enn sidan es hann thagnadi*, & posteà cùm ille sileret. Inde *Thögn*, silentium. Proverbium ve-

teribus

teribus fuit: *Betri er thögn enn tharf-laus ræda*, præſtat tacere qvàm importunè loqvi: *Thögull*, taciturnus. Eſt & aliud verbum (ejusdam tamen originis) *at thegia*, tacere, ſilere; unde particip. *thegiandi*, ſilens, ſilentes. Noſt. c. 4. *at allir menn myndi thegiandi verda*, ut omnes viri eſſent ſilentes, vel audiendô attenti.

THANGAT, *illuc, eò*. Noſter c. 5. & 6. vid. *Hingat*.

THING, *forum, conventus ad judicium*. Noſt. c. 5. Danis & Norvegis hodieq; *Ting*. *Lögthing*, forum judiciale, Landnama part. 4. c. 7. *Thinga-deild*, lis forenſis, vid. *Deild*. *At thinga*, forum celebrare. Exteris qvoqve eâdem ſignificatione olim *Thinx* dicebatur, qvod Islandis *Thing*; unde *thingare* & *inthingare*, i. e. publicè & in foro proclamare aliqvid, vel notum facere, apud Aiſtulphum & Luitprandum in Legibus. *Thingu-nautar*, ſocii forenſes, Noſter cap. 5. à verbo, *eg nyt, naut, at niota*, fruor, frui. Dan. at nyde. Sic *Seſſu-nautr*, confeſſor; Dan. Stoffemand in Leg. *Budu-nautr*, tentorii ſocius, vel contubernalis; *Skulldu-nautr*, Debitor, Dan. Skyldener; *Legu-nautr* & *Sængur-nautr*, Socius lecti, Dan. Sænge-Broder, &c. Obſervandum verò, vocabulum *nautr* ſeorſum non eſſe in uſu. *Thing-før*, profectio ad forum: *Thingfarar-kaup*, pecunia, qvæ in aſſeſſores Fori Generalis (ſcil. *Lögretto-menn*) erogabatur: *Thingfær*, qvi poteſt forum adire; *Othing-fær*, qvi forum propter morbum, vel alias cauſſas ſonticas freqventare neqvit, Noſt. c. 10. vid. *Fara*. *Althing* vid. ſuô locô.

THOGN, vid. *Thagna*.

THOTTI, Præter. à verbo imperſ. *Mier thykir*, mihi

videtur, Dan. **mig tyckes.** Noſt. c. 7. *honom thotti thaa*, ipſi tum videbatur. Et cap. 10. *tha hanom thotti*, cum ipſi videretur, Dan. **da hannem tyktes.**

THRÆLL, *ſervus, mancipium.* Noſt. cap. 3. à *thræla*, ſervire. Inde *thrældomr*, ſervitus. Danis modernis dicitur qvoqve: **at træle**, & **trældom**, atqve in LL. **trælbaaren.** In Runa Capitula vocabulô *Wilmeger*, ſignificantur ſervi, mancipia, ab Aſa *Vili* oriundi, qvaſi ejus filii adulterini, ut interpretatur Gudm. Andreæ. Alii verò, & fortè rectiùs, derivant à *Vil*, mæror, deſperatio, & conſilii defectus in rebus adverſis; & *mógur*, proles, ſoboles, in plural. *megir*, adeò ut *Vil-megir* ſint homines conſilii expertes & deſperabundi. De ſervilibus nominibus *thræll, annödug, annôdughion, hemubion, huſkall, foſtri, bryti, ambat*, qvæ in antiqvis Legibus & hiſtoriis ubiqve ſunt obvia, vid. *Ol. Verelii notas in Gotrici & Rolfi Hiſtor. cap. 1. pag. 19. ſeqq.*

THRITOG, *triginta.* Noſt. c. 4. *thrittog nattar*, 30. noctium.

THROASC (pro *throaſt*) *incrementum ſumere, augeri.* Noſt. cap. 10. Eleganter Edda in Havamäl, Stroph. 69:

Metnadr honom throaſt,
enn man-vit aldregi, &c.

Superbia ei qvotidie accreſcit, ratio autem & ſapientia nunqvam. Primit. eſt *Throttr*, robur, vires.

THVI, AF THVI, *exinde, inde, idcirco, igitur.* Noſt. prologô & cap. 7. Sic cap. 3. *af thvi es thar al-menningr*, eapropter ibi locus eſt publicus. Cap. 7. *Enn that gerdiſc af thvi*, & hoc exinde factum eſt. At c. 10. aliô uſurpatur ſenſu, conjunctum cum partic. *med*, ſcil. pro *verùm, qvoniam.* Sic & in prologo: *Enn med thvi theim likadi ſva at haſa*, cùm verò illis id ita placeret.

U.

UMB-RAAD, *confilium*, Noft. cap. 10. ab *umb* vel *umm*, præpof. *circum*, *circa*, *de*, & *raad*, de qva voce vide fuperiùs fuô locô.

UMB-SYSLA, *cura*, *auxilium*, Noft. c. 7. à *fyfla*, actitare, curare, curam gerere. Inde Compof. *Syflu-laus*, curis vacuus, otiofus; *Syflu-madr*, præfectus provinciæ, Toparcha, à *Syfla*, præfectura; *Syflomenn* hodie Islandis dicuntur judices, qvi Danis funt **Herreds-dommere.**

UNDAN, *fub*, Danicè **under.** Noft. cap. 7. *Taka undan*, excipere: Dan. **undtage**; *Fara undan*, fe fubtrahere, Dan. **unddrage fig.**

UNS, UNZ, vel UNDZ, *donec*, *tantisper dum*, *usqvedum*, Nofter cap. 2. & 7. aliísqve locis.

UPPHAF, *principium*, *anfa*, vel *cauffa* alicujus rei. In plurali *Upphaf*, Noft. cap. 2. Danis hodieq; eft **Ophav**, qvod etiam dicitur **pot og pande til een ting.**

UR, præp. *à*, *è*, *ex*, *de*, Noft. cap. 5. 7. & pluries.

UT-LENDUR, *alienigena*, *extraneus*. Plural. *Ut-lendir*, extranei, alienigenæ, Noft. in Prologo & c. 8. Dan. **Udlænding, udlændiff, udenlands fra**; ab *ut*, foras, ultra, extrorfum; & *land*, terra, regio.

V.

VAKA, *vigilare*. Noft. c. 4. Danicè **at vaage.** Inde *vakna*, expergifcere, Dan. **at vogne.** Præt. *vaknadi*, plural. *vaknodo*, ibid. *thaa vaknodo allir menn*, tunc expergifcebantur omnes viri. Verùm hìc eft fenfus translatus, indicans omnes fermonem vel confilium approbaffe, eiqvè affurrexiffe. Eft qvoqve Subftant. *vaka*, vigilia: huc *vakinn*, *vakandi*, vigilans, &c.

VAND-RÆDI, *difficultas, periculum.* Noſt. cap. 5. *hann qvad ymiſs vandrædi mondo verda*, dixit aſſidua pericula futura. Inde qvondam Haldfrædo Poëtæ cognomen *Vandrædaſkalld*, id eſt, periculoſi poëtæ, à Rege Norvegiæ, Olafo Tryggvino impoſitum, ut è vita hujus Regis notum. Dicitur & *vandræda-madur*, qvi reus eſt, & cauſſa ſua periclitatur, à *vandur, vönd, vandt*, difficilis, dubius, anceps. Unde *vandradur*, periculoſus, vel qvi periculoſa adhibet conſilia; *vandmæli*, difficilia dictu, affaniæ.

VAPN & VOPN, *arma.* Inde *alvæpni*, plena armatura, Noſtro cap. 7. Erant autem apud veteres tria armorum genera: *Skotvapn, Hoggvapn*, & *Lagvapn*. A *vopn* eſt *vopnbær*, qvodvis armorum genus, qvod portari poteſt: ut *vopnbært Sverd*, gladius portabilis, ſeu non tam gravis, qvin geſtans portare poſſit; aliàs gladius defenſioni aptus: Armiger verò eſt *Skialld - ſveinn: Vopna - tak*, armorum acceptio; ritu ſcil. peculiari, & ex priſcis hiſtoriis noto; *vopnadr* vel *væpntr*, armatus; *vopnfær*, qvi arma ferre poteſt.

VARSENS, genit. à *var* vel *vor*, Lat. *ver*, Dan. **vaar**. Noſt. cap. 4. *tha merkto their, at Sumarit munadi aptur til varſens*, tunc obſervârunt æſtatem ad vernale tempus retrahi. Videtur hæc vox originem debere Græcorum ἔαρ, unde & Latinorum *ver*. Conf. *Rhuman. Roma Attica.*

VEGA, *armis* & *palam*, vel *militum more, alios necare, occidere, interficere.* Noſt. c. 7. *oc hafdi hann vegit hér tvo menn*, & occiderat hîc duos viros. Priſcis, qvibus tam duella qvàm ληϛρικὴ erant honeſta & permiſſa, (ut ſecundum Tacitum apud Germanos;

nos, & secundum nostras historias, apud Septentrionales reliqvos; Danos, Norvegos, Svecos, qvibus despicatui erant, qvi nullum fortitudinis specimen edidissent, vel cædes perpetrassent, ut tamen honestè & militis modò id fieret,) hæc qvoqve freqventabatur locutio, *at vega til erfda*, ad hæreditatem herciscundam dimicare. Scilicet moris erat in Ethnicismo, qvòd is, qvi in duello victor evaderet, victi & defuncti bona universa cum uxore & liberis suæ vindicaret possessioni. In cantilenis Danicis, vulgò *Kiempe-Viser* dictis, eadem observatur phrasis, at **veje til arfs.** Vide editionem P. Syvii, pag. 84. seqq. It. *at vega til landa*, est, ad terram occupandam dimicare. A *vega* est *vegandi*, homicida, interfector; victoria verò seu homicidium *vig*. Noster cap. 8. *Oc that eingi vegandi scylldi lysa vig*, &c., & ut nullus homicida cædem publicaret, &c. Vid. infrà *vig*, qvod hinc derivatum est.

VESA, *esse*. Nost. cap. 2. pro *vera*, verbi *eg er*, sum, *var*, eram, Danicè: **Jeg er, var, at være.**

VESTMANNA-EYIAR, vide superiùs *Vestmenn*, in voce *Austrænn*.

VETUR, *hiems*, Nost. cap. 2. *Haralldr enn Harfagri var sextan vetra gamall*, Haraldus Pulchricomus erat sedecim hyemes natus; qvâ qvidem locutione priscis Islandis, aliisqve Septentrionalibus familiarissimâ Noster sæpiùs utitur, per hyemes scilicet annos exprimens, id qvod nec veteribus Romanis fuit inusitatum, qvomodo *sexta hyems* est Martiali lib. 10. Epigr. 61. pro *sexto anno*. Aliàs antiqvorum *vetur* nobis hodie dicitur

citur Vinter. Origo est *væta*, humiditas, Danicè: vœde, *votur*, humidus, Dan. vaad, cùm hibernum tempus maximè sit uvidum. Sic Grammaticis qvoqve Latina vox *hyems* à Græcorum ὕειν, *pluere*, derivatur, qvòd hoc anni tempus crebris scateat pluviîs.

VIDA, *ligna cædere*. Nost. c. 3. *at vida i scogom*, ligna in silvis cædere, Dan. at hugge Ved; ubi *vida* verbum est à *vidr*, arbor, lignum. Dubium mihi est, utrùm hinc derivetur Danorum & Norvegorum at veide, & Island. *at veida*, venari; *veidi*, venatus, Dan. & Norveg. Veide, Jagt; *veidi-hundar*, canes venatici, Danicè: Jagt-Hunde; *veidi-madr*, venator, en Jæger; *veidi-Konungr*, Rex silvis vel venationi deditus, venator, qvomodo apud Nostrum cognomen est Godrodo Regi in Prol. *Veidiskap*, animalia qvæ in terra vel mari capiuntur.

VYDA, adv. *latè*. Nost. c. 3. *Island vas vyda bygt*, Islandia erat latè habitata. Huc *vydur*, latus, amplus, Dan. viid; *vydatta*, latitudo; *at vydka*, ampliare, extendere; *vyda vangr*, latè patentes campi, Dan. vang. Hinc: *at vera a vida vangi*, in loco patenti esse, vel omnibus expositus.

VYDIR, *salix*, propriè verò *salicetum*, vel *silva è salicibus constans*, Dan. Skov, hvor udi ikkun vidier og vidiekriis voxer; underskov, hvor der groer alleene Riis eller Riisbusker. Lat. *virgultum*. Nost. c. 2. *Island vas vidi vaxit*: Islandia erat salicetîs consita. An hæc vox derivetur ab adj. *vydur*, latus, qvòd scil. salix extensis ramîs, & undiq; circum se expansis, crescat, in medio relinqvo. Sic terrâ procerîs concreta arboribûs *Skogi vaxit* dicitur in Gotriks

triks oc Hrolfs Sogu cap. 29. p. 170. *That var mikid land oc ſkogi vaxit:* erat ibi magna terra & ſilvîs conſita.

VIG, *nex, cædes, homicidium,* palam & armis illatum, Noſt. cap. 8. *at lyſa vig,* cædem publicare. Vide ibi annotata. A *vig* eſt *vigkenner*, militiæ peritus vel Doctor; *einvig* monomachia, duellum. Contradiſtingvitur hæc vox vocabulis *Mord* & *Drap*, de qvibus ſuprà, voc. *Mord.* *Vigi*, munimentum, propugnaculum; etiam pugna. Huc qvoqve

VIG-SAKIR, *cauſſæ homicidii,* Noſt. cap. 5. &

VIG-SLODI, *rogatio de homicidiis,* Noſt. c. 10. ubi vide Not. Ad *vig* etiam pertinent: *Viga-god*, i. e. præliorum numen, Odini attributum; *viga-madr*, multarum cædium perpetrator; *vig-módur*, pugnando defatigatus, & ſuſpiria trahens, &c.

VIGDR, *Sacratus, conſecratus, ordinatus.* Noſter cap. 9. *vigdr til Byſcops*, in Epiſcopum ordinatus. Dicimus hodieq;: **viet til Biſcop;** etiam de Neogamis à Miniſtro Eccleſiæ copulatis: **De er vied til ſammen;** à *vigia*, conſecrare, Dan. **at vie**, Germ. **weyhen.** Inde Compoſ. *vigdnatt*, ſacrata vel conſecrata nox, Germ. **Weyhenacht**, i. e. Natalis Chriſti. Hinc conjicere licet Cimbriæ Civitatem *Wiborg* nomen habere, q. d. *Vigdbiörg*, conſecratæ rupes, vel ſacratæ petræ, delubrum ſcil. vel Fanum.

VIKA, *hebdomas*, Plur. *vikur*, Noſt. c. 4. Norvegis hodieq; eſt **een Vikke**, plur. **Vikker.** Belgis etiam & Germaniæ inferioris populis dicitur *en Weche*, **ene Weeck;** Danis verò **Uge, Uger.** Uſurpatur etiam pro milliaribus in mari, ut: *tolf vikur ſiovar*, duodecim milliaria maritima,

(k) Danis:

Danis: **tolv uger Søes**, id qvod & Norvegis familiare. Nonnulli vocabulum *vika* derivant à Subſtantivo *vik*, tranſitus, ceſſio; unde verbum *at vikia*, cedere, transire. Dan. **at vige af**, qvaſi hebdomas iterum atqve iterum ad idem recurrat initium.

VINIR, *amici*, Noſt. cap. 7. in Singul. *vinr*, amicus, & antiqvum *vina*, amica, Dan. **Venner** plural.; in Sing. **Ven, Veninde.** Inde *vinatta*, amicitia, plur. *vinattur*, *vingiarnlegr*, affabilis, comis; *vinſeme*, amicitia; *vinlegur*, *vinſamlegur*, amicabilis, &c.

VIRDA, *taxare, æſtimare.* Præter. *virdti* vel *virdi*, plural. *virdto* vel *virdo*, ut Noſter cap. 10. à *virdi*, aliàs *verd*, pretium, æſtimatio. Danicè eſt: **at vurdere**, it. **værd.**

VISTIR, *veſtigia*, Noſt. c. 6. *their fundo thar manna-viſtir*, invenerunt ibi hominum veſtigia; ſed ad verbum *manſiones.* In Nom. Sing. *viſt*, manſio. Inde *at viſt-aſt*, vel *viſta ſig*, certo manſionis loco ſe addicare. *Viſt-arvera*, manſionis locus. Hæ voces *viſt; at viſta ſig*, & *at fara i viſt*, Islandis idem ſignificant, qvæ Danis: **een tieniſte, at tage een tieniſte, at gaa i tieniſte.**

VITOM, VER VITOM, *ſcimus.* Noſt. cap. 10. à verbo *eg veit*, *viſſe*, *at vita.* Inde *vit*, ratio; *vitund*, ſcientia, notio; *vitneſkia*, idem. *Vitſka*, ſapientia; *Samvitſka*, conſcientia. *Vitur*, ſapiens, ingenioſus; *vitanligur*, notus. Hùc qvoqve ſpectat *vite*, in Plur. *vitar*, i. e. lignorum aridorum ſtrues, qvæ in montibus, collibus, litorum extremitatibus & maritimis ſcopulis ſub hoſtium adventum incendebantur, ut publicîs hîs ignibûs de imminente periculo certiores fierent

rent incolæ, & ad illud avertendum qvàm celerrimè concurrerent. Qva de re vid. *Chron. Norv. Snorr. Sturlæi* in vita Haconis Adelsteinsfostra. Danis hodieqve tales strues lignorum tempore belli sunt in usu, & dicuntur **Bauner**, Norvegis **Varer**. Describit earum usum hoc modô Historia Gotrici & Rolfi cap. 4. *Ok var tha miög herskatt i ryki hans: hann liet blada vita a fiollum, ok sette menn til ad giæta, ok skiota upp vitum, ef ofridur bidist. Vikar giætti vitanna a Fenhring, vid thridia mann: ok skildi thann vita fyrst uppkinda, ef her verj sien; sydan hvern ad odrum.* h. e. Erátqve tum temporis regnum ejus multis belli periculis obnoxium: fecit angaros construi in excelsis montibus, vigilésqve ordinavit, qvi eos, ingruente bellô incenderent. Vikar cum duobus aliis in Fenringo angaros custodiebat: primùm verò iste incenderetur angarus, ubi hostilis exercitus animadvertebatur; deinde alternus qvisqve. Hos angaros ita describit qvoq; mellitissimus Barclajus in Argenid. lib. 1. cap. 3. *Collucent in camporum tumulis publici ignes, qvos nefas accendi, nisi Regiô jussu, & cùm gerendis rebus celeritatem salus publica imponit. Hos ignes angaros vocant.*

VON, *spes*, Noster cap. 7. *oc leto ser eigi annars von*, dixeruntqve non aliam sibi spem esse. Inde *vona*, sperare, verbi *eg vona*, spero. Huc *vænta*, exspectare; *vænntin*, exspectabundus, spem fovens; *ørvann*, exspes, vid. *Ørvænt*, f. 1. *at ørvænta*, desperare; *ørvænting*, desperatio; *ur-vona*, exspes, spe omni destitutus.

VOTTR, *testis*, Nost. cap. 7. Plural. *vottar*, testes; *at*

 votta,



votta, teſtari. Occurrunt etiam idem ſignificantia vocabula: *vitne*, teſtis; *at vitna*, teſtari; *vitnisburdr*, teſtimonium; hodieq; Danis dicitur Vidne, at vidne, & Vidnesbyrd. Teſtium apud Ethnicos juramentum, ejúsqve formulam legere licet in *Landnama part. 4. cap. 7. pag. 138. edit. Stalh. 1688.* In hiſtor. Gotrici & Rolfi cap. 37. vocantur *Skraukvottar*, teſtes falſi & mendaces.

Y.

YMISS, *aſſiduus*. Noſt. cap. 5. Coincidit cum Norvegico adverbio imiſt, Isl. *ymiſt*, alternatim, per vices. Inde: *ymiſlegr*, varius, mutabilis; *ymiſlega*, mirè & variè, per vices, nunc ſic, nunc aliter.



PERIPLUS

PERIPLUS
OHTHERI,
HALGOLANDO-NORVEGI,

ut et

WULFSTANI,
ANGLI,

Secundum narrationes eorundem

de ſuis,

unius in ultimam plagam Septentrionalem; utriusqve autem in mari Balthico NAVIGATIONIBUS;

Juſſu

ÆLFREDI MAGNI,

ANGLORUM REGIS;

Seculô à Nativitate Chriſti nonô factis;

ab ipſo REGE

Anglo-Saxonicâ lingvâ deſcriptus,

demum

à COLLEGII MAGNÆ AULÆ UNIVERSITATIS OXONIENSIS ALUMNIS

Latinè verſus &, unà cum JOH. SPELMANNI Vita ÆLFREDI MAGNI, é veteri codice manuſcripto Bibliothecæ Cottonianæ editus;

jam verò,

ob antiqvitatem & Septentrionalis tum temporis ſtatûs cognitionem, repetitus ac brevibus Notis adauctus

ab

ANDREA BUSSÆO.

WILHELMUS MALMESBURIENSIS
de gestis Regum Angliæ lib. 5.

Cupiditas gloriæ ita innata est mentibus hominum; ut vix aliqvis bonæ conscientiæ pretiosis contentus fructibus, si qvid bene fecerit, non dulce habeat efferri in vulgus.

LECTURO SALUTEM.

Periplum hunc, qvô tam in ultima plaga Boreali populorum, qvàm Septentrioni nostro vicinarum gentium, qvi ante octo secula, cum dimidio ferè, status fuerit, curiosè satis describitur, haud ingratum Lectori fore confido, idqve non minùs ob reverentiam adversus antiqvitatem, qvàm Magnum Anglorum Regem Ælfredum, qvi ipse Regiâ suâ manu chartis commisit qvicqvid ex diligenti observatione & fideli præsentiq; narratione tam Ohtheri, *Norvegi, qvàm* Wulfstani, *Angli, intellexerat scitu dignum, suóq; proposito convenientius: de cujus Regiis & raris virtutibus non absqve oblectamento legi possunt vitæ Ejus descriptores;* Joh. Asserius, *qvi Regi σύγχρονος fuit, & superiori seculô* Joh. Spelmannus, *Henrici fil. uterqve Anglus. Neqve ullius ingratiis erit, spero, præsertim Danis & Norvegis nostris, qvòd post tot ætates popularis eorum & Helgolandiæ Norvegicæ qvondam indigena,* Ohtherus, *ipsos inviset à tanto Rege (qvem, Hakluytô teste, sponte atqve consultò obtinendi emolumenti alicujus gratiâ accesserat) amandatus tam ad piscaturam, qvæ* Cetaria *dicitur, exercendam, qvàm ad qværendam, si inveniri posset, breviorem ad Japanenses & Indos Orientales sub circulo Poli Arctici & versûs Euro-Aqvilonem; magisqve commodam, qvàm solitam, etiam hodie freqventatam, per Atlanticum, Æthiopicum & Indicum mare, navigationem: qvæ qvidem nobilis qvæstio per aliqvot inde secula varia elicuit tentamina, qvamvis hactenus incassum: omnem tamen decollasse spem inveniendæ hujus viæ haud statuendum; qvin in eadem detegenda navigatione, non sine faustì eventûs exspectatione, haud levem navavit operam superiore & avorum memoriâ magnus Daniæ & Norvegiæ Rex, CHRISTIANUS ejus Nominis QVARTUS; ut nostrô ævô magnus Russorum Imperator, PETRUS I. Cæterùm pleræqve in hoc Periplo qvæ memorantur regiones, cùm eô tempore vel Danicum vel Norvegicum agnoverint imperium, qvod communi posteà cessit Monarchæ; tantò magis antiqvitatum amatoribus acceptum fore & commendatum eum nullus dubito, ad omnia in Patriæ gloriam & emolumentum, qvæ à me proficisci possunt, officiâ semper & ubiqve paratissimus.*

§. I.

OHTHÆRE (a) ſæde his hla for de Ælfrede (b) Kynincge; thæt he ealra Northmanna North meſt bude (c). he cvæth thæt he bude on thæm lande Northveardum vith tha væſtſæ. he ſæde theah thæt thæt land ſy ſvithe north thanon. ac hit is eall veſte buton on feavum ſtovum. ſtice mælum viciad Finnas (d). on huntathe on vintra. and on ſumera on fiſcothe be thære ſæ.

§. II.

He ſæde thæt he æt ſumum cyrre volde fandian hu lange thæt land north rihte læge. oth the hvæther ænig

(a) *Norvegis, ni fallor,* Odder *vel* Otter *dictus fuit, qvod nomen hodieqve in uſu eſt. Fortè idem eſt nominis cum* Hothero, *qvod in Saxone occurrit.*

(b) *Qvi per eum explorare voluit, num verſus ortum Aqvilonarem navigantibus ad* Indos *Oceanus eſſet omnino pervius; & ſic brevior ad Indos Orientales verſus Euro-Aqvilonem via inveniretur. Conf.* Joh. Spelmanni Vita Ælfredi Magni lib. 2. §. 73. *Idem trecentos ferè ante Ælfredum annos tentaſſe Britonum Regem Arturum,* Joh. Mercator *refert in* Atlante, *ubi Septentrionem deſcribit. Inveſtigarunt eandem viam poſtea alii plures; verùm ad hunc usqve diem incaſſum; nulla tn. natio feliciùs mercatôribûs qvibusdam Batavîs ſeculô proximè præterito; qva de re* Iſaacus Voſſius *legi poteſt in* Diſſert. de patefacienda per Septentrionem ad Japonenſes & Indos Navigatione; *qvæ inſerta eſt* Variarum Ejus Obſervationum libro edito Londini 1685. in 4to. *Qvantùm verò emolumenti tota Europa è compendiariæ hujus viæ patefactione caperet, docet præprimis doctisſimus* Conringius *in* Theſauro Rerumpublicarum, part. 1. §. 43. pag. 87.

§. I.

OHTHERUS (a) dixit Domino ſuo Ælfredo (b) Regi; ſe omnium Northmannorum locis maximè ſeptentrionalibus habitare (c), in illa regione, qvæ ad Aqvilonem oceano occidentali terminatur: dixit terram illam occidentalem verſus Aqvilonem eſſe porrectam, & deſertam eſſe totam præter paucos qvosdam locos, qvibus *Finni* (d) aliqvot (inhabitabant), qvi hyeme venatu, æſtate piſcatu vitam degunt.

§. II.

Dixit ſe aliqvando voluiſſe explorare, qvousqve terra illa verſus Aqvilonem extenderetur; vel ſi qva gens magis verſus Septentrionem à deſerto habitaret: atqve ea

(c) *In Helgolandia Norvegiæ ſcilicet, ut inferiùs traditur §. 10.*

(d) *Finnorum nationes variæ ſunt, ac etiamnum latiſſimè patentes, qvarum nonnullæ ad Norvegiæ regnum, qvædam ad Ruſſorum imperium; aliæ, & qvidem auſtraliores, ad coronam Sveciæ pertinent. Antiqvitatem & originem earum eruere non eſt in proclivi, cùm parciùs de iis tractent priſca literarum monumenta: ante ſeptendecim tamen ſecula gentis hujus mentionem fecit Tacitus in libro de moribus Germanorum vicinorúmqve populorum: modò* Finnorum nationes, *modò* Finnos, *eorúmqve vitam & (tum temporis) mores commemorans: Ptolomæo* Φίννοι *dicuntur, Jornandi* Finnaithæ; *etiam* Scretofennæ, *ut Procopio & Paulo Diacono* Scritofinni; *Adamo Bremenſi qvoqve* Scritefinni; *ſcil. à Xyloſoleis, ſeu ligneis plantis, qvibus montes terráſqve hyeme ſolent percurrere. Conf.* Th. Barthol. Antiq. Dan. l. 2. c. 8. p. 415. *Debet Finnis nomen qvædam Norvegiæ provincia maximè ſeptentrionalis, Finno-marchia, hodie* Findmarken, *at priſco ævo* Finnsbudir. *nuncupata, Finnis accencentur* Biarmii *&* Qveni, *qvarum gentium Ohtherus noſter inferiùs meminit.*

ænig man be northam thæm veſtene bude: tha for he north rihte be thæm lande. let him ealne veg thæt veſte lande on thæt ſteorbord. and tha vid ſæ on bæcbord thry dagas. tha ves he ſva feor north ſva ſva hvæl huntan ſyrreſt farath: tha for he tha gyt north ryhte. ſva he mihte on thæm othrum thrim dagum geſeglian. tha beah thæt land ver eaſt rihte. oththe ſio ſæ in on thæt land. he nyſte hvæther. buton he vyſte thet he ther bad veſtan vindes oth the hvon northan. and ſægled thanon eaſt be lande. ſva ſva he mihte on feovor dagum geſeglian: tha ſceolde he bidan ryhte northan vindes. forthan thæt land thær beah ſuthrihte. oth the ſeo ſæ in on thæt land. he nyſte hvæther. tha ſægled he thanon ſuthrihte be lande. ſva ſva he mihte on fif dagum geſeglian.

§. III.

Tha læg thær an micel ea up in thæt land. va cyrdon he up in on tha ea. for thæm hy nedhorſton forth be thære ea ſeglian. for unfrithe. for thæm thæt land væs eall gebun on othre healfe thære ea. Ne mette he ær nan gebun land. ſyththan he fram his agnum hame for. ac him væs ealne veg veſt land on thæt ſteorbord butan fiſceran and fugeleran and huntan. and thæt væren ealle Finnas. and him væs a Vid ſæ on thæt bæc bord.

§ IV.

Tha Beormas (e) hæfdon ſvithe vell gebun hyra land. ac hi ne dorſton thæv on cuman. Ac thara Terfinna

(e) Biarmiis, *ſeu extremis Finnorum populis inſeſſam regionem* Biarmeland, *in gentiliſmo ſplendidiore Fanô & ditioribus*

ea propter ſe rectà ſeptentrionem verſùs profectum, à dextris ſemper terram illam deſertam tenuiſſe, & oceanum à ſiniſtris trium dierum navigatione: qvô tempore ſe appuliſſe ſeptentrionem verſùs ad ultimum illius loci, qvem Balænarum captores adire ſolent: inde ſe adhuc verſùs Septentrionem, qvantum tribus diebûs navigare poterat, progreſſum fuiſſe, ibíq; terram verſùs Orientem rectà fuiſſe porrectam: neſcire autem ſe, num intra terram illam mare ſit: hoc autem ſe ſcire, qvòd ibi commoratus eſt, exſpectans ventum ab occidente vel partim à ſeptentrione flantem. Tunc autem dixit ſe verſùs orientem prope litus navigaſſe qvantum potuit qvatriduô; tunc verò coactum exſpectare ventum rectà borealem: qvoniam terra illa auſtralis erat, neſcire autem ſe, an mare in iſtam terram ſe extendat: tunc autem ſe rectà verſus Auſtrum prope litus navigaſſe, qvantum qvinq; diebus potuit.

§. III.

Ibi verò conſpexit permagnum fluvium, qvi in terram longiſſimè penetraret: ad ejus oſtia ſe ſubſtitiſſe, neq; auſum flumen ſubire metu incolarum: erat enim terra illa ex altera parte fluminis multùm habitata: neqve occurrebat ei terra ulla, ab eo tempore, qvô domô profectus eſt, præter hanc, incolîs referta. Sed à dextris ſemper erat terra deſerta, niſi fortè alicubi piſcatores, aucupes & venatores pauci reperiebantur, qvi etiam omnes erant *Finni*, & à ſiniſtris ſemper fuit Oceanus.

§. IV.

Dixit *Biarmios* (e) plurimos terram ipſorum habitare, ipſum verò non auſum fuiſſe eam appellere. *Terfinnorum*

mortuorum tumulis fuiſſe notabilem, ex Hervorar Sogu, *etiam* Hiſt. S. Olafi Regis, *diſcere licet.*

finna (f) land thæs eall væste. butan ver huntan gevi codon. oth the fisceras. oth the fugeleras. Fela spella him sædon tha Beormas. ægther ge of hyra agenum lande ge of thæm lande the ymbe hy utan væran. ac he nyste hvat thæs sothes væs. for thæm he hit sylf ne geseah. Tha Finnas him thuhte and tha Beormas spræcon neah ange theode (g).

§. V.

Svith oft he for thider. to eacan thæs landes scea vunge. for thæm horshvælum (h). for thæm hi habbath svithe æthele ban (i) on hyra tothum: Tha tev hy brohton sume thæm cynincge. and hyra hyd bith svithe god to sciprathum (k): Se hvæl bith micle læssa than othre hvalas. ne bith he lengra thonne syfan elna lange. ac on his agnum lande isse betsta hvæl huntath. tha beth eachta and feovertiges elna lange. and tha mæstan fifiges

(f) *Horum nomen vix alibi occurrit.*

(g) *Nisi, qvod dialectis fuerit invicem distincta; id qvod hodie qvoqve in Finnorum lingva observatur; ratione diversarum, ubi habitant, regionum.*

(h) *Hoc Cetorum genus Norvegis dicitur* Rosmær; *Islandis* Rosmhvælur, *& veteribus* Rostungr; *Batavis* Walrus *&* Walros; *etiam* Rosmar; *Russis* Morsen. *Nonnulli malunt* Phocis *annumerare &* *Amphibiis, qvòd æqvè in terra ac in mari hoc animal vivere qveat, qvamvis maximè in mari, qva de re* Joh. Hugo Linscoten, Arngrimus Jonæ, *& alii.*

(i) *Hos dentes maximi olim fecerunt veteres: Principes enim & Magnates capulorum locô illis sunt usi, qvos aureis limbis exornârunt. Tali capulô insignitus erat præacutus gladius Magni Nudipedis, Norvegiæ Regis,* Legbider *dictus, de qvo con-*

norum (f) autem regionem fuiſſe deſertam, niſi qvòd aliqvot venatores, piſcatores vel aucupes ibi habitarent. *Biarmios* dixit multum de terra ſua ſecum collocutos, & de terris circùm vicinis; ſe autem neſcire, num verum dixerint, cùm propriis oculìs ea ipſemet non vidiſſet. Arbitrari verò ſe *Finnos* & *Biarmios* eadem lingva uti (g).

§. V.

Ipſum verò has regiones præcipuè adiiſſe, capiendorum Hippopotamorum (h) gratiâ: qvorum dentibus (i) magni pretii oſſa inſunt; horum dentium aliqvot Regi dono dedit: coria etiam eorum ad funes nauticos (k) conficiendos valde ſunt commoda. Balænarum hoc genus aliis balænìs multò minus eſt, neqve enim ſeptem ulnas facilè excedit. Balænas autem optimè etiam in patria ſua venatu capi, qvæ qvadraginta octo, nonnullæ

 etiam

ſuli poſſunt Chronic. Norveg. Snorr. Sturlæi, *verſ. Dan. p.399. &* Jani Dolmeri Not. ad Jus Aulic. Norv. Norſke Hirdſkraa *dictum, p.249. Memorat etiam* Paulus Jovius *in* Deſcript. Moſchoviæ *circa an. 1378. hos dentes à Magno Moſchorum Duce ad Clementem VII. Romanum Pontificem miſſos fuiſſe. Variis enim nationibus fuere in deliciis, Ruthenis, Scythis, Perſis ac Turcis. De veteribus Britannis & Hibernis luculentius exhibet teſtimonium* Solinus Polyhiſt. *cap. 22. ubi:* Qvi ſtudent, *inqvit,* cultui, dentibus mari nantium belluarum inſigniunt enſium capulos: candicant enim ad eburneam claritatem.

(k) *Fuere tantæ tenacitatis nautici hi funes, ut ne ſimplicem qvidem ſexaginta viri poſſent diſcerpere; ceu ex veterum monumentis obſervavit* Arngrimus Jonæ; *qvibus dicuntur* Svordr *&* Svardreip.

fifiges elna lange (l). thara he sæde thæt he syxa sum ofsloge syxtig on tvam dagum.

§. VI.

He væs svithe spædig man on thæm æthum the heora speda on beoth. thæt is on vildrum. He hæfde tha gyt. tha he thone cyning sohte. tamra deora unbebohtra syx hund. Tha theor he hatad hranas (m) vara væron six stæl hranas. tha beoth svithe dyre mid Finnum. sof thæm hy foth tha vildan hranas mid. He væs mid thæm fyrstum mannum on thæm lande. næfde he theah ma thonne tventig hrythera. and tventig sceapa. and tventig svina. and thæt lytle thæt he erede he erede mid horsan. Ac hyra ar is mæst on thæm gafole the tha Finnas him gildath. thæt gafol bithon deora fellum. and on fugela fetherum. and hvales bane. and on thæm sciprapum the beoth of hvæles hyde gevorht and of seoles.

§. VII.

Æghvilc gylt (n) be his gebyrdum. se bird. sta sceall gildan fiftyne mearthes fell. and fif hranes. and

(l) *Hujus longitudinis sunt ferè hæc Cetorum genera:* Burhvalr, (*Norvegis hodie* Huus-Hval, *item* Trold-Hval); & Slettbakr, *à dorsi planitie sic dictus, cujus picem pro optima habent Batavi, Galli & Biscayenses balænarum captores. Sunt etiam qvi 50 ulnarum longitudinem excedunt; scilicet* Hofreidr, *qvi ultra 60;* Reidr *vel* Steipireidr, *qvi interdum ad 65 ulnas; &* Skeliungr, *qvi ad 70, qvandoqve 80 ulnas se porrigunt; de qvibus aliisqve Cetorum generibus pervetustum Scriptum Islandicum*, Speculum Regale *dictum, uberiùs agit; alios & recentiores ut taceam.*

(m) *Præter Rangiferos seu Rhenones, Anglo-Saxonicâ lingvâ* Rhenas *dictos; Norvegicâ* Rener; *Svecicâ* Reenar;

etiam qvinqvaginta ulnas (l) excedunt: dixitq; se sextum fuisse, qvi sexaginta bidui spatiô interfecerit.

§. VI.

Vir erat prædives earum opum, qvæ illis in locis opes æstimantur, feris scilicet. Qvum ad Regem accesserat, habuit cervos domitos (qvos Rangiferos (m) appellant) sexcentos, nec tamen emtos: horum etiam sex erant, qvi apud *Finnos* admodum chari sunt, eò qvòd per eos cervos indomitos capiant. Inter primores illius regionis erat, nec tamen ei plures viginti bovibus & viginti ovibus, & viginti suibus. Parum verò illud agri, qvod colebat, eqvîs colebat: census autem eorum præcipuus est ex tributo, qvod *Finni* ipsis pendunt: qvod consistit in pellibus ferinis, avium plumis, balænarum ossibus, & funibus nauticis è Balænarum & Phocarum coriis confectis.

§. VII.

Unusqvisqve reddit (n) secundum facultates suas; ditissimus communiter reddit qvindecim martium pelles, cervorum rangiferorum qvinqve, ursi unam, ac decem

Danicâ Rinsdyr; *gentes maximè Septentrionales nullas ferè habent mansvetas pecudes; Finni præcipuè, & qvi eosdem cum Finnis mores habent, eorúmq;, ut videtur, sunt proles, Lappones: Rhenones enim victum & amictum dominis præbent: lac, caseum, carnes, pellem, &c. etiam vecturam præstant, de qvibus vide sis* Mich. Wexionii (*posteà* Gyldenstolpe) Epit. Descript. Sveciæ & subjectarum provinciarum, lib. 4. c. 8. Joh. Loccenii Antiqvitt. Sveo-Goth. lib. 1. c. 20. & Joh. Schefferi Lapponia f. l.

(*n*) *Gylt be, &c. i. e.* pendit pro ratione natalium suorum; nobilissimus tenetur pendere. *Oxonienses.*

and on beran fel. and tyn ambra (o) fethra, and berenne kyrtel oth the yterenne. and tvegen fciprapas. ægther fy fyxtig elna lang. other fy of hvæles hyde gevorhte, other of fioles.

§. VIII.

He fæde thæt Northmanna (p) land være fvithe lang and fvithe fmal. Eal thæt his man ather oththe ettan oththe erian mæg. thæt lith vith tha fæ. and thæt is theah on fumum ftothum fvithe cludig. and licgath vilde moras vith eaftan and vith upp on emnlange (q) thæm bynum lande. On thæm morum (r) eardiath Finnas. and thæt byne land is eaftveard (s) bradoft. and fimle fva northor fva fmælre. Eaftveard hit mæg bion fixtig mila brad oththe hvene brædre, and midde væard thrittig oththe bradre. and northe veard he cvæth. thære hit fmaloft være thæt hit mihte beon threora mila brade to thæm more. and fe mor fyththan on fumum ftovum fva brad fva man mæg on tvam vucum oferferan. and on fumum ftovum fva brad fva man mæg on fyx dagum oferferan.

§. IX.

Thonne is to gemnes thæm lande(t) futh veardum on othre healpe thæs mores. Sveoland oth thæt land northveard (u), and to emnes thæm land northeveardum Cvena land (x). Tha Cvenas hergiath hvilum on tha

(o) *Ambra, i. e.* cados *vel* bathos. *Oxonienfes.*

(p) *Northmanna, i. e.* Normannorum. *Oxonienfes.*

(q) *On emnlange,* adverbialiter, æqvali longitudine cum. *Oxonienfes.*

(r) Defunt in Saxonico. *Oxonienfes.*

(s) *Eaftveard, i. e.* Orientem

decem modios (o) plumarum, cum tunica è pellibus urfinis & lutrinis, atqve duobus infuper funibus nauticis, qvorum uterqve fit fexaginta ulnas longus; alter autem è Balænarum, è Phocarum alter corio confectus.

§. VIII.

Norvegiæ (p) regionem dixit admodum longam effe & anguftam. Et qvicqvid ejus foli pecorum pafturæ vel arationi eft idoneum, id omne jacet circa maris litus; qvod & ipfum aliqvibus in locis eft valde faxofum. Et fic deinceps (q) per cultam terram funt montes vafti & culturâ deftituti, qvos (hic & illic) (r) habitant *Finni*. Terra culta latiffima eft ad meridiem (s); & qvò magis inde tendat in Aqvilonem, eò femper magis eft contracta. Ad partem meridionalem cenfetur fexaginta millia paffuum & aliqvanto ampliùs in latitudinem patere; circa medium triginta milliaria fuperat: & Aqvilonem verfùs, inqvit ille, ubi anguftiffima eft, non videtur tria milliaria usqve ad montes excedere. Montes aliqvibus in locis tantæ funt latitudinis, ut non nifi duarum hebdomadum itinere poffint transcendi; in aliis non latiores, qvàm qvi fex diebus fuperari poffunt.

§. IX.

Ex adverfo huic regioni (t) ad Auftrum, ex altera parte montium, fita eft *Svecia*; & ex adverfo regioni ad Septentrionem (u) *Qvenlandia* (x). *Qveni* nunc in *Normannos* trans-

verfus: ita etiam in proxima periodo. *Oxonienfes.*

(t) Ad verbum: *æqvaliter cum regione*, & fic rurfus in claufula proximè feqvente. *Ox.*

(u) *Sax.* usqve ad regionem illam Septentrionem verfùs. *Oxonienfes.*

(x) *Qvænam hæc fit regio, mihi hucusq; eft incompertum. E Fin-*

tha Northmen ofer thone mor. hvilum tha Northmen on hy. and thær fint fvithe micle meras ferfce geond tha moras. and berath (y) tha Cvenas hyra fcypu ofer land on tha meras. and thanon hergiath on tha Northmen. hy habbath fvithe lytle fcypa and fvithe leohte.

§. X.

Ohthere fæd thæt fio fcyr hatte Halgoland (z). the he on bude. He cvæth thæt nan man ne bude be northan him. Thonne is an port on futheveardum thæm lande. thonne man hæt Sciringes heal (a). thyder he cvæth thæt man ne mihte gefeglian on anum monthe. gyf man on niht vicode. and ælce dæge hæfde ambyrne vind. and ealle tha hvile he fceall feglian be lande. and on thæt fteorbord him bith æreft Iraland (b). and thonne tha igland the fynd betvux Iralande (c) and thiffum lande. Thonne is this land oth he cymth to Sciringes heale. and ealne theg on thæt bæcbord (d). north væge by futhan thone Sciringes heal fylth fvith micel fæ up in on thæt land. feo is bradre thonne ænig

norum genere Qvenos *fuiffe nullus dubito; fortè à ftridente lingva ita denominatos: qvi enim cum ftridore verba efferunt, Norvegis hodieq; dicuntur* at qvine, *ut:* Hand qviner faa; *Danis eft:* at hvine.

(y) Defunt in Saxonico. *Oxon.*

(z) Halgolandia in gradu 66 lat. fecundum Hackluitum. *Oxon. Vid.* Hackluiti & Purchafii *Collectanea Navigationum & remotarum regionum navibus luftratarum, pag. 235. qvi qvidem gradus latitudinis* Halgolandiæ, (*Norv. olim* Halogaland, *nunc* Helgeland) *in Nordlandia Norvegiæ affignari poteft; non verò* Heiligland *in Holfatia vel Cimbria Auftrali; unde, ni fallor, natione Cimbrum Otherum facit* Jo. Spelman

transmontanos rapinam exercent; nunc viciſſim *Normanni* in illos. Sunt qvoqve inter montes lacus ingentes, ſalſedinis expertes; in qvos, lembos qvos habent exiguos ac leves, (humeris impoſitos) (y) terrâ transportant *Qveni:* atqve hâc ratione deſpoliant Normannos.

§. X.

Ohtherus dixit provinciam, qvam incolit ille, dici *Halgolandiam*(z): aliúmqve neminem, affirmante eodem, ulteriùs ad plagam ſeptentrionalem habitare. Ad auſtrum à regione illa portus eſt qvidam, cui nomen *Sciringes-heal* (a); qvo, inqvit ille, non poteſt qvis navigiô trajicere uno menſe, ſi noctu curſum ſiſtens, qvotidie vento utatur ſecundiſſimo. Sic autem naviganti per litus occurrit à dextra primùm *Jutlandia*(b), deinde inſulæ illæ, qvæ *Jutlandiæ* (c) interjacent & huic regioni, atqve ita juxta litus hujus regionis pergenti, donec appulſum fuerit ad *Sciringes-heal*, eſt à ſiniſtra iſthæc regio (d). Prope *Sciringes-heal* in regionem illam penetrat ingens fretum, qvod latius eſt, qvàm ut litus ejus ulteriùs unô proſpectu poſſit

---

in vita Ælfredi Magni p. 112. ſed minùs accuratè. Denominatur autem Halgoland *vel* Halogaland *Norvegiæ à Rege qvodam* Holga; *de qvo vid.* Edda Sturlæi, Mythol. 65.

(a) Scyros eosdem fuiſſe putat Cluverius, qvos Pruſſios appellamus, & tunc *Scyringes-heal*, ſive Scyrorum angulus *Gedanum* fuiſſe probabile eſt. *Oxonienſes.*

(b. c.) Sax. utrobiqve *Iraland.* Sed videtur *Jutland* debere legi. *Oxon.*

(d) Ad verbum: *Tum eſt regio, hæc, donec ad Sciringes-heal ventum fuerit, & continuè ad ſiniſtram, Norvegia* (vel *ad ſeptentrionem*) *per auſtrum à Sciringes-heal:* qvæ intelligi non poſſunt. *Oxon.*

ænig man oferſeon mæge. and is Gotland (e) on othre healpe ongcan. oc ſiththa Sillende (f). Seo ſæ lith mænig hund mila up in on thæt land.

§. XI.

And on Sciringes-heale he cvæth thæt he ſeglode on fif dagan to them porte the mon hæt æt Hæthum (g). ſe ſtent betvuh Winedum and Seaxum and Angle (h), and hyrth in on Dene. Tha he tvitherveard ſeglode fram Sciringes-heale. tha væs him on thæt bæcbord (i) Denamearc, and on thæt ſteorbord (k) vid ſæ thry dagas. And tha tvegen dagas ær he tho Hæthum (l) come. him væs on thæt ſteorbord (m) Gotland and Sillende (n) and iglanda fela. On thæm landum eardodon Engle, ær hi hither on land comon. and him væs tha tvegen dagas on thæt bæcbord tha igland the in Denemearc hyrath.

§. XII.

(e) *Inſignis in mari Balthico inſula, territoriis gaudens 21, qvos in* Chronico Gothlandico *recenſet* Strelovius pag. 5. *Urbem habet unicam* Wisby *dictam, qvæ decimô à nativitate Chriſti ſeculô è ruinis ditiſſimi qvondam emporii Pomerani,* Venetæ *vel* Henethæ, *potiſſimùm crevit, varias nationes omnigendsqve merces complectens; cujus vires veteres pomæriorum atqve mænium amplitudo in ruderibus hodieq; oſtentant. Templa olim 15. in hac urbe numerabantur. Arcem ibi condidit atqve habitavit Ericus Pomeranus, Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ Rex, nunc dirutam. Antiqviſſimum etiam* jus nauticum *inde prodiiſſe conſtat, qvod* Wisby-Sioret *dicitur; unde reliqvæ aliarum nationum leges nauticæ ſunt derivatæ, qvæ hodieqve ſunt in uſu. Immo ipſum hoc* jus Nauticum Wisbyenſe *in varias lingvas translatum legitur;* Svecanam, Gallicam, Anglicam, Batavam, *&c.*

possit discerni: huic à regione objacet ex altera parte *Gotlandia* (e), ac deinde *Sillandia* (f). Hoc freto ad centena aliqvot milliaria alluitur regio illa interior.

§. XI.

Dixit insuper, se à *Sciringes-heal* qvinqve dierum navigatione appulisse ad portum, qvem vocant *Hæthe* (g); qvi positus est inter *Vandalos*, *Saxones* & *Anglos* (h), qvorum imperio est subjectus. Inter illuc navigandum à *Sciringes-heal*, fuit illi à dextra (i) *Danemarchia*, à sinistra (k) per cursum triduanum Oceanus: & biduum anteqvam ad *Hætham* (l) pervenissent, sinistrorsum (m) habuit *Gotlandiam*, *Sillandiam* (n), & insulas non paucas. Hanc regionem incoluerunt Angli priusqvam huc (in Britanniam) venerunt, & eodem biduô erant illi à læva manu Insulæ illæ, qvæ ad *Danicam* spectant ditionem.

(f) Sillende *est primaria Daniæ provincia* Sælandia, *Dan.* Sæland, *in qva Regia metropolis, qvæ olim fuit* Lethra, *vernac.* Ledru; *Ethnicorum scil. Daniæ Regum sedes; ut deinde Christianorum* Roschildia, *& posteà* Hafnia, *qvæ hodieqve hac gaudet prærogativâ.*

(g) Oxonienses *hæc annotant:* Videtur esse oppidum, qvod Æthelwardus *Haithabi* dictum putat, hodie *Sleswic.* *Qvæ qvidem non fallit conjectura; veteribus enim* Slesvicum *urbem dictam fuisse* Hethæby, *è priscis nostratium monumentis constat.*

(h) *Ab his Anglis provinciam Holsaticam,* Angeln *dictam, olim inhabitantibus atqve à Britannis in auxilium evocatis Anglia nomen sortita est; qvam demum sibi ipsis subjecere, heptarchiam Anglo-Saxonicam condentes, qvæ usqve ad Ælfredi Magni tempora duravit, qvi primus Anglorum Monarcha factus est.*

(i) Hæc contra rem ipsam in Saxonico poni videntur: nam *bæcbord* est sinistra; *steorbord (k.m)* est dextra. *Ox.*

(l) *Vid. not. g.* (n) *Vid. not. f.*

§. XII.

WULFSTAN ſæde thæt he gefore of Hæthum (o). thæt he vere on Truſo (p) on ſyfan dagum and nihtum. thæt thæt ſcip væs ealne theg yrnende under ſegle. Weonodland him væs on ſteorbord. and on bæcbord him væs Langaland. and Læland (q). and Falſter. and Sconeg (r). and thas land eall hyrath to Denemearcan. and thonne Burgendaland (s) væs us on bæcbord. and tha habbath him ſylf cyning (t).

§. XIII.

Thonne æfter Burgendalande væron us thas land tha ſynde hatene æreſt Blecinga eg. and Meore (u). and Eouland (x). and Gotland on bæcbord. and thas lande hyrath to Sveon.

§. XIV.

And Weonod lande (z) væs us ealne veg on ſteorbord oth Wisle muthan.

§. XV.

(o) *Vid. anteced. not. (g)*

(p) *Videtur eſſe* Troſa, *Sudermanniæ in Svecia oppidum, cujus cives piſcatui maximè ſunt dediti.*

(q) *In Oxonienſi editione pravè* Læland *vertitur* Sælandia, *cùm ſit* Laalandia.

(r) *Vernaculâ dicitur* Skaane, *Lat.* Scania, *qvam Danis tum temporis ſubjectam fuiſſe notetur.*

(s) Oxonienſes *hic monent:* Qværendum eſſe, an non hinc Burgundi. *Verùm qvicqvid de eo fuerit, ex antiqvis hiſtoriis noſtratium ſatis notum eſt, olim hanc inſulam dictam fuiſſe* Burgundarholm, *hodie* Borringholm.

(t) *Inſulam hanc proprium unqvam habuiſſe Regem, nusqvam aliàs obſervavi. Cùm verò olim nomen* Regis *latiori ſignificatione de Præfectis exercituum, claſſium, urbium, terrarum fidu-*

§. XII.

WULFSTANUS dixit, ſe diſceſſiſſe *Hætha* (o), & ſpatio qvinqve dierum & noctium *Truſum* (p) appuliſſe, navigiô interim ſemper velificante: & à dextris ſibi ſemper fuiſſe *Wandaliam*, & à ſiniſtra *Langelandiam*, *Laalandiam*, (q) *Falſteram* & *Sconiam*. (r) Omnes autem hæ regiones ad Daniam pertinent: inde navigantibus nobis erat à ſiniſtris *Burgendalandia* (s), qvæ Regem habet proprium (t).

§. XIII.

Poſt *Burgendalandiam* ad terram dictam *Blechingam* vela fecimus: & ad *Meoram* (u) & *Eoulandiam* (x) & *Gotlandiam* à ſiniſtris: & hæc terra ad Suiones pertinet.

§. XIV.

Et *Wandalia* (y) ſemper erat nobis à dextris usqve ad *Viſtulæ oſtium*.

C 2 §. XV.

ciariarum &c. uſurpatum ſit, atqve inferiùs §. 17. tradat Noſter in unoqvoqve terræ orientalis oppido Regem fuiſſe, qvibus Conſules tantùm & urbium præfectos intelligere videtur; facilè idem de Borringholmiæ *Rege licet ſtatuere, eum præfectum qvendam, Lethrenſi Daniæ Regi ſubditum fuiſſe.*

(*u*) *Neſcio an hîc parva in Auſtrali Gothia regio,* Møre *dicta, intelligatur.*

(*x*) Eouland *eſt* Ølandia, *omnium maris Balthici inſularum facilè amœniſſima, & pro magnitudine nulli fertilitate ſecunda.*

(*y*) *Wandalia,* Wenden, *olim peculiare regnum; unde hodieqve Wandalorum Rex in titulo Regis Daniæ; veteri ſcil. jure Daniæ Regibus ut juſtis ſucceſſoribus, eorúmqve poſteris perpetim reſervatô.*

§. XV.

Seo Wisle (z) is ſvithe mycel ea. and hio to lith Witland and Weonodland. and thæt Witland (a) belimpeth to Eſtum (b). and ſeo Wisle lithut of Weonodland. and lith i Eſtmere. and ſe Eſtmere is huru fiftene mila brad.

§. XVI.

Thonne cymeth Ilfing (c) eaſtan in Eſtmere of tham mere the Truſo ſtandeth in ſtathe, and cumath at ſamod in Eſtmere. Ilfing eaſtan of Eaſtlande (d). and Visle ſuthan of Winodlande. and thonne benimth Visle Ilfing hire naman. and ligeth of thæm mere veſt and north on ſæ. forthy hit man hæt Wislamuth.

§. XVII.

Thæt Eaſt land is ſvithe mycel. and thær bith ſvithe manig burh. and on ælcere byrig bith cyninge(e). and thær bith ſvythe micel hunig and fiſcath. and ſe cyning and tha ricoſtan men drincath myran meolc. and tha unſpethigan and tha theovan drincath medo. Ther

---

(z) *Wisle, Viſtula, hodie* Weixel.

(a) Witlandia *qvænam ſit regio, fateor me ignorare, niſi vel mendum ſit, vel ſic dicta olim fuerit qvædam Æſtiæ provincia,* Wiria *qvæ hodie vocatur, in qva eſt denſior ſylva,* Wiriſt-wal *dicta, item arces* Weſenborg *&* Tolsborg *15. mil. Na vâ, totidémqve Revaliâ diſtans, teſte* Mich. Wexioniô in deſcript. Svec. lib. 1. cap. 30.

(b) Mich. Wexionius *autumat* Eſtos *vel* Æſtos *dici ab* Æſi, *i. e.* Aſianis, *literâ* t *insertâ: hos enim & Finnos ut lingvâ conjunctos, ita ex Aſia veniſſe veriſimile ait;* loc. cit. *ut* lib. 3. cap. 9. *docet à Fen-*

§. XV.

Viſtula (z) autem eſt flumen permagnum, juxtáqve ipſum jacent *Witland* & *Wandalia*. *Witland* (a) verò pertinet ad *Eſtos* (b). *Wiſla* autem deſcendit ex *Wandalia*, deſcenditqve in *Eſtmeriam* (ſive lacum *Eſtorum*), qvæ qvidem *Eſtmeria* lata eſt ad minus qvindecim milliaria.

§. XVI.

Deinde venit *Ilfinga* (c) ab oriente in *Eſtmeriam* (ſive lacum *Eſtorum*), ad cujus lacûs ripam ponitur *Truſo*: & ſimul influunt in *Eſtmeriam*; *Ilfinga* orientaliter ab *Eſtlandia* (d), & *Viſtula* auſtraliter à *Vandalia*. Tunc autem *Viſtula* nomen adimit ab *Ilfinga*, deſcendítq; à lacu Occidentem & Septentrionem verſus in mare: ideóq; appellatur *Oſtium Viſtulæ*.

§. XVII.

Terra Orientalis illa eſt admodum ampla; ibíqve plurima ſunt oppida, atqve in unoqvoqve oppido Rex (e) eſt; ibi etiam eſt magna mellis & piſcium copia. Rex inſuper & viri opulentiſſimi lac eqvinum bibunt; pauperes autem & ſervi aqvam mulſam: multum vini

 eſt

nica lingva latiſſimè qvondam qvæ patuit, (ſcilicet inter Viſtulam & mare album, ſinum Bothnicum vel potiùs ipſum Oceanum ſeptentrionalem & Tanaim) Carelios *leviter ſaltem in qvibusdam phraſibus differre,* Æſtios *autem dialectô ſuâ paulò longius diſtare.*

(c) Ilfingæ *nomen fruſtrà apud Geographos qværitur: hodie enim dicitur in mappis* Elbing, *Civitas in Pruſſia Polonica ſatis celebris.*

(d) *Hodieqve dicitur* Eſtland, *Latinè:* Eſtia *ſeu* Eſtonia; *aliàs* Livonia Septentrionalis

(e) *Conf. ſuperiùs dicta in* Not. (t).

Ther bith ſvithe mycel gevinn betveonan him. and ne bith thær nænig ealo gebroven mid Eſtum. ac thær bith medo (f) genoh.

§. XVIII.

And thær is mid Eſtum theav. thonne thær bith man dead. thæt he lith inne unforbærned mid his magum oc freondum monath. gevhvilum tvegen. and tha Cyningas and tha othre heah thungene men. ſva micel lengc ſva hi maran ſpeda habbath. hvilum healf gear. thæt hi beoth unforbærned. and licgath buſan eorthan. on hyra huſum. and ealle tha hvile the thæt lic bith inne. thær ſceal beon gedrync (i) and plega (k) oth thone dæg the hi hine forbærneth. Thonne thy ylcan dæg hi hine to

(*f*) Ealo, *qvod in textu eſt, Danis hodie æqvè ac olim, dicitur* Øl, *qvi potus variis gentibus fuit, èſtqve adhuc in uſu qvotidiano & deliciis, ringentibus qvamvis ejus oſoribûs; bene enim defæcatam cereviſiam ſaluberrimum exhibere potum, & excellentibus præditam eſſe qvalitatibûs, dudum evicit* ὁ Πάνυ, Thomas Bartholinus, diſſert. 1. & 7. de Medicina Danorum domeſtica. *Artem verò miſcendarum aqvæ frugum vel cereviſiam coqvendi, ab ultima memoria in Septentrione uſurpatam latéqve freqventatam ipſi Libero patri adſcripſiſſe Diodorum Siculum* Hadrianus Junius *obſervavit, qvi etiam Cereviſiæ apud varias gentes denominationes collegit* lib. 2. Animadv. cap. 12.

(*g*) *Anglo-Saxonicum* Medo *Danis eſt* Mød; *Svecis & Norvegis* Miöd; *veteribus Septentrionis noſtri tam incolis qvàm accolis gratiſſimus potus, atqve adeò inter delicias habitus, ut in Valhalla etiam ipſi Dii Aſæ, ejus potu ſe delectaſſe prodat Edda Mythologia 50. atqve Deorum conſortiô fruentes Monoheröes qvotidie illo & plenè inebriari tradat Mythologia 35.*

(*h*) Orientales *hîc vocantur Septenrionis noſtri accolæ, more*

eſt etiam inter eos: nulla autem cereviſia (f) in *Esto* coqvitur, medonis (g) (hydromelis) verò ſatis habetur.

§. XVIII.

Orientalibus (h) etiam mos eſt, ut qvando qvis obierit, intus (domi) jaceat non crematus, inter cognatos & amicos per menſem: qvandoqve per duos. Reges etiam, & alii illuſtres viri, eò diutiùs, qvò plures habuerint facultates; qvandoqve (ſcilicet) per dimidium annum non cremantur: jacent autem ſuper terram in domibus ſuis. Et qvamdiu cadaver intus fuerit, habendæ ſunt compotationes (i) & ludi (k) usqve in cremationis diem. Die vero, qvo (de-

---

Anglo-Saxonibus familiari, ut obſervat Th. Bartholinus, celeb. memoriæ, Antiqv. Danic. lib. 2. cap. 2.

(i) *In funebribus hisce compotationibus (qvarum reliqviæ hodiernæ Ruſticorum compotationes* Gravøl *dictæ, videntur eſſe,) inferebantur olim pocula, Noſtratibus* Minni *vocata, qvæ in memoriam defunctorum amicorum, atqve illuſtrium virorum, etiam Deorum honorem, evacuare moris erat; ut ex* Sturlæi Chronico Norv. *it.* Herrauds oc Boſa Sogu *conſtat. In parentalibus qvoqve Regum vel Comitum illatum fuiſſe* Minni, *qvod* Bragafull *dictum Brago Deo conſecratum erat poculum, cui aſſurgens hæres votum ſtrenui alicujus operis edendi faceret, deindéqve poculum ebiberet, júsq; & dominium à patre relictum adiret, annotat citatus nuper* Sturlæus *in* Chron. Norveg. *ubi Haraldi Cæralidentis, Daniæ Regis, epulæ funebres deſcribuntur; ut &* Joms vikinkinga-Saga *de Strut-Haraldo Comite.*

(k) *Ludos hos funebres fuiſſe nullus dubito, qvales verò fuerint, & in qvo ludorum genere conſtiterint, non dicam; ad Græcorum & Romanorum morem gladiatorios fuiſſe, aſſerere non audeo,*

to thæm ade beran villath. thonne to dælath hi his feoh thæt thær to lafe bith æfter thæm gedrynco and thæm plegan. on fif oththe fyx hvilum on ma. fva fva thæs feos andefn bith. Alecgath hit thonne for hvæga on anre mile. thone mæftan dæle fram thæm tune. thonne otherne. thonne thæne thriddan. oth the hyt eal aled bith on thære anre mile. and fceall beon fe læfta dæl nyhft thæm tune the fe deada man on lith. Thonne fceolon beon gefamnode ealle tha menn the fvyftofte hors habbath on thæm lande. for hvæga on fif milum oththe on fyx milum fram thæm feo. Thonne ærnath hy ealle toveard thæm feo. thonne cymeth fe man fe thæt fvifte hors hafath to thæm ereftan dæle and to them mæftan. and fra elc æfter othrum. oth hit bith eall genumen. and fe nimth thone læftan dæl. fe nihft thæm tune thæt feoh geærneth. and thonne rideth ælc his veges mid tha feo. and hyt motan habban eall (l). and forthy thær beoth tha fviftan hors ungefoge dyre. And thonne his geftreon beoth thus eall afpeded. thonne byrth man hine ut. and forbærneth mid his væpnum and hrægle (m). and fvithoft ealle his fpeda hy forfpendath mid than langan legere thæs deadan mannes inne.

---

veterum de eo teftimoniis & exemplis deftitutus; qvamvis ab hac fententia non multùm abhorrens. Talia verò exercitia gladiatoria aliáq; armorum ludicra in Valhalla, feu Paradifo Septentrionalium Ethnicorum, qvotidie vigere, Edda *prodit* Myth. 35. *ubi* Monoherôes *dicuntur* in aream exire dimicantes, unúmq; alterum profternere; inftante verò prandii tempore, domum ad aulam eqvitare, & ad potandum confidere.

(*l*) *Hæc contra inftitutum ab Odino morem, qvi 70. annos ante na-*

(defunctum) ad rogum exportant, bona ejus dividunt, qvantum post compotationes & ludos ejusmodi superent, in qvinqve, sive sex, qvandoq; in plures (partes) sicut bonorum fuerit proportio (vel: pro modo facultatum). Deinceps deponunt maximam eorum partem uno saltem à (defuncti) villa milliari; tunc alteram partem; deinde tertiam: donec totum intra illud milliaris spatium fuerit collocatum. Minima autem ipsorum pars erit villæ proxima, ubi mortuus homo situs fuerit. Exinde congregantur omnes, qvi eqvos habent velocissimos per regionem illam: saltem per qvinqve aut sex à bonis illis milliaria (degentes). Tunc omnes currunt bona versus: pervenit autem, eqvum qvi habuerit velocissimum, ad primam & præcipuam partem: & sic singuli qviqve, alter post alterum, donec totum fuerit ablatum. Ipse autem minimam aufert partem, qvi ad portionem villæ proximam currendo pervenerit. Posthac unusqvisqve cum sua bonorum parte abeqvitat, eámqve sibi vendicat in solidum (l). Hinc fit, ut eqvi veloces sint ibi mirè chari. Qvando verò omnia ejus bona consumta fuerint, tunc (mortuum) exportant, & comburunt cum armis & vestibus (m). Et plerumqve

D omnes

tum Christum in Septentrionem mortuos comburendi ritum induxit, à qvo tempore: sic dicta combustionis ætas (Bruna-olld) *cæpit, Snorriô Sturlæô teste: scil. legem tulit ille:* ut omnes mortui cremarentur, & simul cum ipsis possessiones ipsorum. *Hic verò Septentrionales nostros defuncti bona abstulisse observatur: prout qvisq; velociori gauderet eqvo; id qvod alibi me legisse haud memini.*

(m) *Non solùm aliàs arma & vestes, verùm etiam eqvus, qvô in vivis maximè delectatus fuerat defunctus; pariter utensilia, ar-*

inne. and thæs the hy be thæm vægum alecgath. the tha fremdon to ærnath and nimath. And thæt is mid Eſtum theav. thæt thær ſceal ælces getheodes man beon forbærned (n). and gyt thar man an ban findeth uforbærned. hi hit ſceolan miclum gebetan. And thær is mid Eaſtum an mægth. thæt hi magon cyle gevyrcan. and thy thær licgath tha deadan men ſva lange. and ne fuliath. thæt hy vyrcath thone cyle hine on. oc theah man aſette tvegen fætels full ea lath oth the væteres. hy gedoth. thæt other bith oferfroren. ſam hit ſy ſummor ſam vinter.

milla, annuli, aliáq; clenodia cum mortuis ſimul cremata & ſepulta ſunt, eáq; tam defuncti propria, qvàm conſangvineorum, amicorum, aut ſubditorum vel in rogum congeſta, vel ſepulchro illata, quorum ipſi in altera vita & Valhalla uſus eſſet; cujus in Septentrione uſitati gentilibus moris exempla affatim ſunt obvia, quæ hic afferre non vacat. De his verò conſuli poteſt Th. Bartholini in Antiqvitat. Danic. *præſertim* lib. 2. cap. 10. & 13.

(n) *Hinc diſpaleſcit comburendi mortuos ritum, per maximam orbis partem in gentiliſmo diffuſum, diu in hisce Maris Balthici oris duraſſe, quamvis magnam partem in Dania ad exemplum Regis Dani Mikilati, i.e. Magnanimi, circa A. C. 222. defuncti, in deſvetudinem abierit: is enim, atteſtante* Sturlæô in præfat. ad Chronic. Norv.



omnes ipſius opes inſumuntur diutina mortui hominis intus reſervatione. Qvod autem per viam collocatur, extranei illi adeqvitant & aſportant. Apud Orientales etiam mos eſt, ut unusqvisqve regionis incola crcmetur (n). Et ſi qvando vel oſſium unum non combuſtum compertum fuerit, id grsviter vindicent. Orientales etiam qvandam habent frigoris efficiendi facultatem: atq; hinc fit, qvòd ibi mortui homines tamdiu maneant incorrupti: à frigore (ſcil.) in eos inducto. Et ſi qvis ponat duo vaſcula cereviſiæ vel aqvæ, efficere poſſunt, ut utrumqve glacietur, ſive ſit æſtas, ſive hyems.

---

collem ſibi aggeri fecit, jubens, ut illuc ſe poſt mortem deferrent cum ornamentis Regalibus, armaturâ & equo, multisq; aliis opibus. Et ejus cognati ut plurimùm poſteà eum morem ſecuti ſunt. Tunc incepit in Dania Haugsaulld, *i. e. ætas collium vel tumulorum. Hæc* Sturlæus. *Quin ſanxerit Carolus Magnus, in Saxonia & circumjacentibus regionibus ſtrenuus Religionis Chriſtianæ aſſertor, in Capitulatione circa an. 789. lata, quæ in* Steph. Baluzii Capitularium Tomo I. c. 7. *occurrit:* Si qvis corpus defuncti hominis ſecundum ritum paganorum flammâ conſumi fecerit, & oſſa ejus ad cinerem redegerit, capite punietur. *Et* cap. 22. Jubemus, ut corpora Chriſtianorum Saxonum ad cœmeteria Eccleſiæ deferantur, & non ad tumulos paganorum.



SICILIMENTA
PRÆFESTINATÆ MESSI RELIQVÆ ADJICIENDA.

In Vita Arii.

Plagula C. pag. 2. versu 4. pro proximo *lege:* tertiô post obitum Episcopi Thorlaki ut & *Sæmundi annô.*

Vers. 5. lege: 1136. novenniô ante decessum Ketillis Episc. (qvi A. C. 1145. obtigit) *concinnasse.*

Vers. 7. post terminantur; *appone:* & Ketille adhuc vivente Schedas has recognovisse Arium, ipse in Episcoporum Genealogia pag. hîc 75. testatur.

Vers. 21. post observaverit. *adde:* Immo, si in editione *Landnamæ* Scalholtina Theod. Thorlacii *part. 1. cap. 2. p. 3.4.* locus sit genuinus, ac verba illa: *tvi ad tha höfdu hafsiglingar menn enger Leidarstein i than tijma i Nördurlöndum*, manuscriptorum fide nitantur, nec sint à qvopiam infarcta, (id qvod Celeb. *Arnam Magnæum*, Virum, dum viveret, patriarum antiqvitatum peritissimum, atqve in manuscriptorum collatione accuratissimum, seriò asseruisse memini) Magnetis in navigationibus usus clarè inculcatur: cujus tamen inventio seculô à nato Christo decimô tertio vel seqventis initiô, atqve ita plùs sesqviseculô à morte Arii contigisse traditur. Sic *parte 2. cap. 25.* memorat *Landnama* Haukum Erlandinum, qvi annô Christi 1306. Nomophylax factus est, Ariô A. C. 1148. atqve ita ante hoc tempus 158. annos mortuô, ut inferiùs patebit.

Plag. C. pag. 3. vers. 17. post verba: de Arte Poëtica, *add.* compilatore scil. secundæ Eddæ partis nondum editæ,

qvam *Scaldam* vulgò appellant: floruit is circa a. C. 1216. teste *Arngrimô Jonæ in Crymog. lib. 1. cap. 1.*

Plag. C. pag. 4. verſ. 23. poſt vocem: nixus: *add.* Si verò de literis Runicis ſcripſerit Arius, ſanè ultra ſedecim earum numerum non extendiſſe eum, ex ſuprà allato Scaldæ auctore diſcimus; qvo numerô olim conſtitiſſe Septentrionalium literas docet qvoqve ipſô longè vetuſtior Scriptor, *Rabanus Maurus* in libello *de inventione lingvarum*, ubi: *Literas*, inqvit, *qvibus utuntur Marcomanni, qvos nos Nordmannos vocamus, infrà ſcriptas habemus; à qvibus originem, qvi Theodiſcam loqvuntur lingvam, trahunt. Cum qvibus carmina ſua incantationésqve ac divinationes ſignificare procurant, qvi adhuc paganis ritibus involvuntur.* Qvæ de Runicis literis intelligenda eſſe verba, ipſæ à Rabano expreſſæ literarum figuræ clarè oſtendunt, qvas pro Runicis qvoqve agnoſcit doctiſſimus *de re Diplomatica* ſcriptor, *Jo. Mabillon*, Gallus, *lib. 1. cap. 11.*

Plag. C. pag. 5. verſ. 15. poſt verba: Danicum appellatum: *add.* Sic in Eddæ Mythologia 66. legitur: *Fröde var allra Konunga rijkaſtur ä Nördurlöndum, tha var honom kendur fridurenn umm alla* Danſka Tungu, *oc kalla Nordmenn that Fröda-frid.* h. e. Frodius erat potentiſſimus in Septentrione Rex, cùm ipſô regnante pax eſſet omnibus Septentrionalibus, qvam Normanni Pacem Frodenſem appellant. Paria refert antiqvum monumentum *Grottaſaung in præfatione.*

Plag. C. pag. 6. verſ. 5. poſt verbum: dignoſcantur, *add.* Huic conſentit *Rimbegla*, pervetuſtum ſcriptum Islandic., ſed à recentiore qvodam, ut variis locis obſervare licet, interpolatum corruptúmqve. Auctoris verba ſunt: *Thví er that med Jonnu at ſegia, at tungan, er ver kollum Norrænu, gek um Saxland, Danmork oc Svithiod, Noreg oc um nockurn hluta Englandz;* i. e. *Verè autem traditur, qvòd lingva, qvam Norvegicam* (vel potius Septentrionalem) *appellamus, per Saxoniam, Daniam, Sveciam & aliqvam Angliæ partem ſe diffuderit.*

Plag.

